Narodna in univerzitetna knjižnica
v Ljubljani
II 117397

et s[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

cem habetis credite in lu cem ut filii lucis

sitis di cit do mi nus Estote ℟ Tollite iu

gum meum super uos dicit dominus

et discite quia mictis sum et humilis

cor de Jugum enim meum suaue est

et ho nus me um le ue ℣ Et in uenie

tis requi em ani ma bus ues tris Jugnu

℟ Dum steteritis ante reges et pre si des

nolite cogita re quomodo aut quid loqua

mini Dadabitur enim uobis in illa ho

inuisibi lem qui clementi martir martir

condidit ha bitaculum p venite

ORANTE sancto clemente appa

ruit ei an gelus domini de

sub cuius pe des fons uiuus

e ma net fluminis impetus letificat

ciuita tem de i Vidi supra montem agnu

stan tem de sub ℟ O Ra pro nobis beate

cle mens ut digni efficia mur promissi

onibus cri sti Tu autem martir xp̄i beate

cle mens ora pro nobis de um vt

1990030
3 - 9

a domino poposci indutias ut domum

meam ecclesiam consecrarem A o e Saluuabit

A Dum aurora finem daret cecilia ex Ius eius

clamauit dicens ei amilites xpi abicite

opera tenebrarum et induimini armis

lucis E v o e A Virgo gloriosa semp

euangelium xpi gerebat in pectore suo

nondib; neq; noctib; a conloquiis di

uinis et oratione cessabat E v o e

A Beatus clemes qui pro xpi In sci clemtis

nomine cum anchora in collo in mari mergi

II 117397

II 117397

Valerii Maximi dictorum & factorum memorabilium rubricæ.

Capitula primi libri.

De religione. Capitulum .i.
De neglecta religione. cap.ii.
De omnibus. cap.iii.
De prodigiis. cap.iiii.
De somniis. cap.v.
De miraculis. cap.vi.

Secundi libri.

De institutis antiquis. cap.i.
De disciplina militari. cap.ii.
De iure triumphandi. cap.iii.
De censoria nota. cap.iiii.
De maiestate. cap.v.

Tertii libri.

De indole. cap.i.
De fortitudine. cap.ii.
De pacientia. cap.iii.
Qui humili loco uel genere nati clari euaserunt. cap.iiii.
Qui a parentibus claris degenerauerunt. cap.v.
Qui ex illustribus uiris in ueste aut in cætero cultu sibi licentius q̃ mos patrius permittebat: indulserunt. cap.vi.
De fiducia sui. cap.vii.
De constantia. cap.viii.

Quarti libri.

De moderatione. cap.i.
De his qui ex inimicis iuncti sunt amicitia aut necessitudine cap.ii.
De abstinentia & continentia. cap.iii.
De paupertate. cap.iiii.
De uerecundia. cap.v.
De amore coniugali. cap.vi.
De amicitia. cap.vii.
De liberalitate. cap.viii

Quinti libri.

De humanitate aut clæmentia. cap.i.
De gratis. cap.ii.
De ingratis. cap.iii.
De pietate erga parentes. cap iiii.
De pietate erga fratres. cap.v.
De pietate erga patriam. cap.vi.
De parentum amore & indulgentia aduersus liberos. cap.vii.
De parentum seueritate aduersus liberos. cap.viii.
De parentũ moderatione. aduersus suspectos liberos. cap.ix.
De parentibus q obitum filiorum forti animo tulerũt. cap.x.

Sexti libri.

De pudicitia. cap.i.
Libere dicta aut facta. cap.ii.
De seueritate. cap.iii.
Grauiter dicta aut facta. cap.iiii.
De iusticia. cap.v.
De fide publica. cap.vi.
De fide uxorum erga uiros. cap.vii.
De fide seruorum erga dominos. cap.viii.
De mutatione morum aut fortunæ. cap.ix.

Septimi libri.

De fœlicitate. cap.i.
sapienter dicta aut facta. cap.ii.

FZ 416/1956

Vafre dicta aut facta.
De strategematis.
De repulsis.
De necessitate.
De testamentis quæ re
Quæ ratam manserun
possent.
Qui aduersus opiniões

Infames rei qbus de cau
De priuatis iudiciis.
Quæ mulieres apud m
egerunt.
De quæstionibus.
De testibus.
Qui quæ in aliis iudica
De studio & industria.
De otio.
Quanta sit uis eloquent
Quantum momentum
corporis
Quam magni effectus a
Quædam nulla arte effi
Suæ quemq; artis & auc
De senectute.
De cupiditate gloriæ.
Quæ cuiq; magnifica co

De luxuria & libidine.
De crudelitate.
De ira & odio.
De auaritia.
De superbia & impotent
De perfidia.
De ui & seditione.
De temeritate.
De errore.
De ultione.
Dicta improba aut facta
De mortibus non uulgar
De cupiditate uitæ.
Quam exquisita custodia
fuerunt.
De similitudine formæ.
De his qui infimo loco na
inferere uoluerunt.

Vafre dicta aut facta. cap.iii.
De ſtrategematis. cap.iiii.
De repulſis. cap.v.
De neceſſitate. cap.vi.
De teſtamentis quæ reſciſſa ſunt. cap.vii.
Quæ ratam manſerunt cum cauſas haberent: cur reſcindi poſſent. cap.viii.
Qui aduerſus opiniões hominum hæredes habuerũt. cap.ix.

Octaui libri.

Infames rei qbus de cauſis abſoluti aut dãnati ſunt. cap.i.
De priuatis iudiciis. cap.ii.
Quæ mulieres apud magiſtratus pro ſe aut pro aliis cauſas egerunt. cap.iii.
De quæſtionibus. cap.iiii.
De teſtibus. cap.v.
Qui quæ in aliis iudicauerunt ipſi commiſerunt. cap.vi.
De ſtudio & induſtria. cap.vii.
De otio. cap.viii.
Quanta ſit uis eloquentiæ. cap.ix.
Quantum momentum ſit in pronuntiatione & apto motu corporis cap.x.
Quam magni effectus artium ſint. cap.xi.
Quædam nulla arte effici poſſe. cap.xii.
Suæ quemq; artis & auctorẽ & diſputatorẽ optimũ eẽ. cap.xiii.
De ſenectute. cap. xiiii.
De cupiditate gloriæ. cap.xv.
Quæ cuiq; magnifica contigerunt. cap.xvi.

Noni libri.

De luxuria & libidine. cap.i.
De crudelitate. cap.ii.
De ira & odio. cap.iii.
De auaritia. cap.iiii.
De ſuperbia & impotentia. cap.v.
De perfidia. cap.vi.
De ui & ſeditione. cap.vii.
De temeritate. cap.viii.
De errore. cap.ix.
De ultione. cap.x.
Dicta improba aut facta ſcelerata. cap.xi.
De mortibus non uulgaribus. cap.xii.
De cupiditate uitæ. cap.xiii.
Quam exquiſita cuſtodia uſi ſunt quibus ſuſpecti domeſtici fuerunt. cap. xiiii.
De ſimilitudine formæ. cap.xv.
De his qui infimo loco nati mendacio ſe clariſſimis familiis inſerere uoluerunt. cap.xvi.

u Alerius Maximus patricius Romanus fuit. Hic cũ ſexto Pompeio incertum an magni filio ĩ Aſiam nauigauit ſub Tyberio Cæſare maxime floruit: cui & opus ſuum inſcripſit & ubicũq; poteſt in toto opere adulatur. ſi dicta factis reſpondent: uirtutum omnium ſtudioſiſſimus fuiſſe comprobatur: ubiq; enim uitiorum acerrimus apparet ĩſectator: ubiq; mirificis laudibus uirtutes extollit. Quomodo quoq; tempore perierit: ignoratur. Hoc uero plane cõſtat duos fuiſſe Valerios hiſtoria præclaros: quorum alter a patria Antias cognominatus antiquiſſimus fuit annalium ſcriptor: cuius opiniones interuarias priſcorum de aliqua re ſententias non nunquam Titus liuius in decadibus refert. Alter uero hic maximus multo poſterior: qui nobis diuinum hoc opus reliquendo ita antiatis famam obſcuram reddidit ut ipſe a multis antias fuiſſe putetur: Vale.

Narodna in univerzitetna knjižnica Ljubljana

u Rbis romæ exterarumq; gentium: primo quidem domestica dicta: postea exterorum idest græcorum uel barbarorum exempla ponit: quem ordinem in omni narratione operis sui seruat. Facta simul ac dicta: quia non solũ facta uerũ etiam dicta recordatione & memoria digna declarare intendit. Latius diffusa: idest uberius & copiosius tractata. Quam ut breuiter cognosci: idest latius sunt dispersa: ita ut non breuiter possint cognosci. Deligere: de aliis eligere. Documenta: præceptiones. Complectendi cõprehẽdendi.

VALERII MAXIMI FACTORVM: AC DICTORVM MEMORABILIVM LIBER AD TYBERIVM CAESAREM: PROLOGVS:

u RBIS ROMAE exterarumq; gentium facta simul ac dicta memoratu digna: quæ apud alios latius diffusa sunt: quam ut breuiter cognosci possint: ab illustribus electa auctoribus deligere constitui: ut documenta sumere uolẽtibus: longæ inquisitionis: labor absit. Nec mihi cũcta complectendi cupido incessit. Quis enim omnis æui gesta modico uoluminũ numero cõprehẽderit? Aut quis compos mentis domesticæ peregrinæq; historiæ seriem fœlici superiorum stilo cõditã: uel attentiore cura uel præstantiore facundia traditurum se sperauerit? Te igitur huic cœpto penes quem hominum deorũq; consensus maris ac terræ regimẽ esse uoluit: certissima salus patriæ Cæsar ĩuoco: cuius cælesti prouidentia uirtutes: de quibus dicturus sũ: benignissime fouẽtur: uitia seuerissime uindicatur. Nã si Prisci oratores a Ioue optimo Maximo bene orsi sunt: si excellentissimi uates a numine aliquo principia traxerunt: mea paruitas eo iustius ad fauorẽ tuum decurrerit quo cætera diuinitas opiniõe colligit: tuta præsẽti fide: paterno auitoq; sideri par uidetur. quorũ eximio fulgore multum cerimoniis nostris inclytæ claritatis accessit. Reliquos. n. deos accepĩus: Cæsares dedimus. Et quoniam initium a cultu deorum petere in animo est: de conditione eius summatim disseram.

De Cultu deorum Capitulum primum.

Cupido ĩces. idest cupiditas inuasit. Compos: mentis: idest sani consilii. Domesticæ pe. q;. hi. se. i. ordinẽ romanæ & externe historiæ. Fœlici: fœcũdo. Superiorꝝ sti. altiloquo. Stilo: scriptura: oratione. Attentiore cura: maiori diligentia. Prestãtiore facundia. i. ornatiore eloquentia quã superiores tradidere scriptores. Traditurum: expositurꝝ. Te igitur huic cep. inuocat Tyberium Cæsarẽ: qui fuit adoptiuus filius Augusti: sed hæc inuocatõ magnam habet adulationis suspitionẽ. Hominũ deorumq; consensus. i. concorditer homines: diiq; oẽs uoluerũt te maria ac terras in potestate hẽre. Certissima sa. pa: omnes. n. imperatores parẽtes patriæ appellabãtur: imitati Iulium cæsarem qui secundus a Cice. parens patriæ est. Benignissime fouẽtur: benignissime sustentãtur. Vindicãtur: puniũtur: & illius ostendit iustitiam: atq; æquitatẽ. Prisci: antiqui Orsi sunt. i. exordiũ ab Ioue acceperunt sicuti sæpius. M. Cato ĩ suis orationibus. Excellentissimi uates. i. præstãtissimi poetæ: q aliquas musas ĩuocant: quemadmodum Virg. Calliopem cum dicit: Musa mihi causas memora. Paruitas: exigua facultas ingenii. Eo. tanto. Quo. quãto. Cætera di. op. i. aliorum deorum potentiã nescimus nisi id quod opinari. aut audire potuimus. & cæteri dii opinione esse credunt. Tua præsenti fide. i. tuam potentiã non dubie cognouimus: quia patrem idest Augustum. auumq; idest Iulium dedicatos uidemus. te uero non illis inferiorẽ iudicãus.

Sideri: non multo post obitum cæsaris In. augusto faciente ludos ueneris genitricis appuit sydus crinitum p. vii. dies: quo uulgus significari credidit animam cæsaris inter deorum immortalium numina receptam. de hoc Pli. li. i. n. hi. Multum cla. i. multum splendoris uel diuinitatis. Cerimoniis: sacrificiis. Accessit: additum est. Reliquos e. d. ac: idest ab aliis cætera numina accepimus: sed nos reliquis cæsares colendos genuimus: & ostendit romã esse deorum procreatricem. In aĩo est: idest constitui. Eius. deorum cultus. Summatim disseram. i. breuiter & succincte dicam.

Tyberius Cesar filius adoptiuus Aug.

Imperatores patriæ parentes dicebant.

m Aiores. hic incipit tractare de cultu deorum cuius conditionē breuiter tangit: quom a maiori
bus sacra solēnia instituta fuerint: q̄ ratiōe & diligētia celebrata sint. Statas solēneſq;: Festus
pompeius sic iquit stata dicebantur sacrificia quæ certis diebus ficbāt Cato: sacra: stata: solēnia sācta
deseruisti. Solemnia sacra dicuntur quæ certis temporibus fiunt. Statas. i. statutas: & intelligit sa
crificia quæ singulis annis fieri consueuerant. Pontificum scientia. i. iure pontificio: quod nos ius
canonicum appellamus: pontifices. n. sacerdotes docebant: quibus templis: quibus hostiis: & q̄bus
modis sacra celebrarentur. Au
toritate rerū bene ge. hæc uidē
tur excepta ex Marci Tulii ora
tione quæ de responsis: aruspi
cū in. P. Clodium inscribitur il
lius hæc uerba sunt. Qui illorū
prudentiam nō dicā assequi. sed
quāta fuerit perspicere possint
qui statas solēneſq; cerimonias
pontificū: rerum q̄ negerēdarū
autoritates: Augurio fatoq; ue
teres prædicationes: apollinis
natum libros portentorū expla
nationes: æthruscorū disciplina
contineri putarunt. Benegerē
darum & aut. pro rebus bene
gerendis sacrificia fiebant: ut ea
rum rerū dii essent autores. Au
gurū obser. quia cū augures ca
ptasset auguria sua dixissētq; eē
sacrificandum pro aliquo nego
cio si illud prosperum fuisset in
usū tale sacrificiū uēiebat. Apol
linis pre. ua. i. oraculo accepto a
phebadibus q̄bus sacrificiis dii
irati placari possent. Libris
por. depul. i. sprætis & longe ha
bitis libris magorum: a q̄bus ro
mani longe alieni fuere. Etru
sca disci. idest secundum ætruscam disciplinam. Prisco etiam insti. ostendit romanos non solum
ætrusca consuetudine: sed etiam maiorum suorum ritu sacrificare solitos. Rebus diuinis opera
datur: idest sacrificatur. Quom aliquid com. est preca: idest cum aliquid diis commēdatur: præ
cibus: utputa exercitus antequam in hostes ducatur ab consule diis commendabatur. Cum ex.
uo. idest cum aliquid uouemus in discrimine: ut cum in prælio cum hoste pugnamus: idest uoue
mus ædem Marti uel Ioue si uictoriam dederint. Cum sol. gra. idest dum uota diis persoluimus
post uictoriam habitam. Gratulatione: idest gratiarum actione. Quom inquirendum. uel ex
tis: idest cum uolumus intelligere: quare dii: nobis irati sint per uictimarum intestina quæ si colora
ta erant: bonum omen dabant: sed si palida aliquid nobis mali significabant. Vel sortibus: idest
libris sibyllinis in quibus romanorum fata continebantur. uel potius intelligas sortes de quibus Ci
cero in libro secundo de diuinatione. Impartito cum sollen. ritu. sacrifi. pro qualitate periculi ad
hibito quædam solēnibus sacris: nonnulla inferioribus expiari solebant. Ostentorum ac: sicuti cū
lapideus imber de cælo descendit: tunc nouendiale sacrificium peractum fuit ad placandos deos.
Fulgurum: nam malum omen erat cū publica testa fulmine icta erant: & tunc maioribus hostiis
sacrificabatur. Studium: diligentia. Decem pri. fi. decem dicit Valerius: sed sex tantum modo fu
isse Cicero ostendit in libro primo de diuinatione. Illius hæc uerba sunt. Quo circa bene apud ma
iores nr̄os senatus tum cū florebat imperiū decreuit ut de principum filius. vi. singulis æthru
sæ populis in disciplinā traderētur: ne ars tanta pp tenuitatē hominū a religionis autoritate abduceret
ad mercedē atq; q̄stū. Senatus cō. i. snia seatus. Singulis po. ita ut unusquisq; populus suū p̄ncipū
ro. filiū hēret. Percipiendæ: adiscēdæ. Gratia: cā. Cereri quoq; a matrōis solis āniuersariū cereris
celebrat. Liuius sacr̄ āniuersariū Cereris itermissū ē: qa nec lugētibus facere id fas ē nec ulla illa tēpe
state matrōa luctus exps fuerat de sacrs ceteris mīta dici posset: sed ea notissīa sī ex uariis scriptoribꝰ.

m Aiores: statas: solemneſq; cerimonias pontificū
scientia: bene gerendarum rerū autoritate: au
gusum: obseruatione: Apollinis prædicatione: uatū li
bris: portentorū depulsis: ætrusca disciplina explicari
uoluerunt: prisco etiam instituto rebus diuinis opera
datur: quom aliquid commendandum est precatiōe:
quom exposcendum uoto: quom soluēdum gratula
tione: quom inquirendum uel extis uel sortibus: īpar
tito: quom solēni ritu peragendum sacrificio: quo etiā
ostentorum: ac fulgurum denuntiationes procuran
tur.

De cerere placanda.

t Antum autem studium antiquis nō solū seruā
dæ: sed etiā amplificandæ religionis fuit: ut florē
tissima tū & opulentissima ciuitate decē principum
filii senatusconsulto singulis æthruriæ populis pcipiē
dæ sacrorum disciplinæ gratia traderentur. Cereriq;
quam more græco uenerari instituerant sacerdotem

A uelia:ab oppido calabriæ ab paludibus denominato palo ἕλη palus dicitur:quia ī paludibus sita erat:& undiq; paludibus septa. Chalcitanā:nomen sacerdotis dicit. Vetustis ritibus: nā ideo sacerdotem peritam pertinere cereri:ne p imprudentiam:dū cereri sacrificarent piaculū cōmitterēt. Græco ritu.i.consuetudine græcorum. Cererē placa:nā habuerant se non posse sedere populi seditionem:nisi prius placata cerere. Inde:ex ætna monte siciliæ apud quem Pluto proserpinā raptā orcum detulit. Propiciendam.i.placandā Matri deum.i.cibeli. Compotes uicto.i. postquam uictoriam de hostibus portauerant. Suscepta uo.i.facta uota in ipso rerū discrimine. Pessimus oppidū phrygiæ: in quo Cylebe colebatur & eius simulacrum in maximo honore hēbatur. Metellus pon.max.i. q superiore anno cōsul fuerat. Flāminē mar.i.sacerdotē martis:nā romæ erant flamines.s.Dialis.i. Iouis. Martialis martis Quirinalis romuli. Africam pe.p. mo bel.pū.eūtem in africam:ut bellū gereret. Multa i.i.imposita pœna. Religioni ip.i.consolaris uir concessit sacrificiis martis:ne si illa contemp sisset bellū quod erat suscepturus aduersū sibi eueniret.

a Velia:quōm id oppidum nondum ciuitatis nomen accepisset chalcitanā peterent:uel(ut alii dicūt)caliphemā.ne deæ uetustis ritibus pita desset Antistes. Cuius in urbe pulcherrimū templū haberent:græco ritu moniti sibyllinis libris:uetustissimā cererē placarent: ænā(quoniā sacra eius)inde orta credebant; quindecim uiros ad eam propitiandam miserūt. Item matri deū sæpenumero īperatores nostri compotes uictoria(sus cepta uota pessimūtem profecti soluerunt. Metellus uero pontifex maximus posthumium consulem eundemq; flaminem martialem ad bellū gerendū Africā petentē ne a sacris discederet: mulcta īdicta incōsulta dea:urbem egredi passus non ē:religioniq; summum īperiū cessit:quo tutō se posthumius martio certamini cōmissurus nō uidebat cerimoniis martis desertis.

De Tyberio Graccho & religione augurii.

1 Audabile duodecim fascium religiosum obseq um:laudabilior quattuor & uiginti ī consimili re obediētia.a Tyberio.n.graccho ad collegiū augurum litteris ex prouincia missis: qbus significabat se quōm libros ad sacra populi pertinentes legeret: aīad uertisse uitio tabernaculum captū comitiis consularibus q ipse fecisset:eaq; re ab auguribus: ad senatum relata iussu eius Caius figulus e gallia Scipio Nassica e Corsica Romā redierūt:& se consulatu abdicauerīt:

De.P.Cælio.M.Cornelio:& reliquis.

c Onsimili rōne post.P. Cælio: M.Cornelius: cethegus &.C.claudius propter exta parum curiose admota: aris deorum immortalium uariis temporibus belliq; diuersis flamminio abīre iussi sunt: coactiq; etiam.

De Sulpitio.

u T Sulpitio inter sacrificandum e capite apex rogatis habuit. C.Figulus:Scipio nassica.hi sūt cōsules quos supius p uiginti q̄ttuor fasces denotat. Cōsulatu se abdica.i.consularem dignitatē deposuerūt. Propter exta.pa.ad mo.cu.i.adhibita parū diligētia:& nō solēni ritu. Flāminio.i.a flāminis dignitate.Flāmines secūdū Varronē dicti q; i latio capite uelato erant semp ac caput cinctū hēbant filio hoꝝ singuli cognoia hēbant ab eo deo cui sacra faciūt. Sulpitio in sa.e.ca.a.pro hūc sulpitiū coegere sacerdotiū deponere:qa cū sacrificaret

Quidā cōsules antiq cū nouos uellēt creare

Fasces.

Flamines. Varro.

apex e capite decidit. Pro lapſus eidē ſacerdotiū:apex ſecundū Seruiū proprie dī i ſūmo fláminis pileo uirga lanata:hoc ē cuius extremitati modica lana ē quod primū cōſtat apud albā Aſcaniā ſtatu iſſe. Occentuſq; ſoricis auditus:cū. Qu. Fabius Maximus eēt dictator creatus:&. C. Fláminius magiſter æquitū uox muris audita:illos magiſtratus deponere coegit. His quod publio ;q ſupius ſūt cōnumerati religionis obſeruatores. Veſtalis ſacerdos ueſtæ. Parū di.i. negligēs:qa ignē pmiſerat extingui. Flagro ad.i. flagellis crederet. Maxie ualde & referť ad pſtitit. Diſciplinā.i. ſciam ſacerdotalē illā ueſtæ. Carbaſū. i. uelū. Optimā .i. ſubtiliſſimū Faculo.i. loco illo q ignem ſuſtinet. Emicuit: appuit:& accē ſus eſt. Indulgentia.i. clemētia. Excubuit uigilauit pro populo ro. Tā ſcrupuloſa.i. ſollicita tractum a ſcrupulis. i. lapillis q ſua priuate ledunt:& ſollicitant cū itrarēt calceū nec reperiri poſſunt. Paruula quoq; mo.i. parue inclinatiōes:ſicuti ſoricis occentus. Examinari .i. diligēter inquiri:ab examine trutinæ. Exactiſſimo exaquiſitiſſimo. Cultu ueneratione. Agēs: gerens. Honori & uirtuti : quos pro diis antiq colebāt. Claſtidio ſyracuſis:oppida ſūt ſiciliæ. Nūcupatis uotis:q nūcupabat uota pro alicuius rei euentu ea libellis ſcripta tēplorū porticibus affigebant. Dicari: conſecrari. Fusrū.n. ſuple dicebat collegiū pontificū. Si quid p digii.i. monſtri ī illis ſimulacris ut cū ſimulacra ſudāt:aut lachrymas fundunt . nā ſi qd tale accidiſſet:augures dicebant nō poſſe dignoſci utri illorum deorū eſſet ſacrificandū:cū ambo uno in ſacello colerentur:& ita timebāt ne piaculum committeret. Niſi certis diis una ſe. uidelicet qui coniuncti ſunt quadam cognatione & proprietate:ut Apollo & Aeſculapius: Polux & caſtor: Diana & Herbiuſ quibuſ ſacra faciebant una & in eodem templo. Vna:ſimul. Aedibuſ tēplis. Autoritas am. uiri .quia quinqes cōſul fuerat:& tam pōtificibus paruerat. Adiectio ipenſæ.i. expenſæ:nam addebat expenſa:cū ſolū uouiſſet tēplū : deinde duo ſtruere. Quomīus .i. ut non. Suus tenor.i. proprius ordo & ſeris. Obſeruatio reddeť.i. cultus. Obruit ēt tot illuſtribus:qa ferme indignus uideť:q cōmemoreť poſt Marcellū:cuius cōſulatus qnq;:ipſū Lucium Furiū obūbrare uidenť. Furius bibaculus:q ptor fuit:ſcdo bello pūico. Fraudādus.i. pretereūdus

pro lapſus eidem ſacerdotium abſtulit.

Occentuſq; ſoricis auditus Fabio maxīo dictaturā .C. Flamminio magiſterium æquitum deponendi cauſam præbuit. De populo Licinio.

Diiciendum his quod Publio Licinio pōtifici maximo uirgo uetuſtalis :quia quadam nocte parū diligens æterni ignis cuſtos fuiſſet:digna uiſa ē : quæ flagro admoueretur. De Virgine Aemilia.

Axime uero uirginis Aemiliæ diſciplinam extincto igne:tutam ab oī reprehenſione ueſtę numen præſtitit:qua adorante:cū carbaſum quam optimam habebat:foculo impoſuiſſet:ſubito ignis emicuit.

De Marcello & templo honoris & uirtutis.

Ommirū igr ſi pro eo imperio augendo:cuſtodiē doq; pertinax:eoq; indulgentia deorū ſemper excubuit: qd tā ſcrupuloſa cura:paruula quoq; momēta religionis examinari uidentur: quia nunquā remotos:ab exactiſſimo cultu cerimoniarum oculos habuiſſe noſtra ciuitas exiſtimanda eſt.

Nqua quom Marcellꝰ qntū ꝯſulatū gerēs: tēplū honoriꝭ & uirtuti Claſtidio ꝑus:deīde ſyracuſis potitus nūcupatis:debitū uobis cōſecrare uellet:a collegio pontificū īpeditus ē:negāte unā cellā duobus diis recte dicari. Futurū. n. ſi qd prodigii accidiſſet in ea ne dignoſceret. utri rē diuinā fieri oporteret :nec duobus niſi certis diis una ſacrificari ſolere . ea pontificū admonitiōe effectū ē:ut Marcellus ſeparatis ædibus: honoris ac uirtutis ſimulacra ſtatueret:neq; aut collegio pontificū autoritas ampliſſimi uiri :aut marcello abiectio impenſæ impedimento fuit:; quo minus religionibus ſuus tenor:ſuaq; obſeruatio redderetur:

De Lucio Furio Bibaculo :

Bruitur ēt tot illuſtribus cōſularibus. Lucius Furius bibaculus:exempliq; locū uix poſt marcellū inuenit. Sed pii ſimul ac religioſi aī:laude fraudādus

sub silentio. Saliorum. Varro inquit: salii a saltando quod facere ī comitiis in sacris quottānis & solent & debent. Magistro præfecto. Sex licto. precc. quia pretorem sex tūi lictores præibant: cōsulem autem duodecim. Arma ancilia. i. scuta. cū nūma Pompilius sacrificaret ancyle de cælo lapsum ē: & cū ex oracvlo intellixisset ubi futurū orbis terrarū imperium ubi resideret illud ancyle: in illius similitudinē undecim fecit a Mamurio fabricari: ne quod de cælo lapsum fuerat: cognitū surriperetur. & cū iussus esset Mamurius: ut peteret quid nā sibi uellet pro remuneratione opis dari: nihil aliud petiit: nisi ut cum illa ancyla p urbem a saliis ferrentur: hæc in p/petuam sui memoriā uerba di/cerent uterem Mamurii memo/riā quod & factum est. Vacationem cessatiōem. Huius of/.s. gestandi ancyla. Beneficio honoris. i. prætur. In quibus. i. in illis qui fuerant summos ma/gistratus cōsecuti. Voluit. s. ciuitas nostra. Impia: homines in imperiis constituti Se futura regimen. i. tale futurum sui regimen in humanis rebus: quale ī numinibus cultū exhibuissēt.

non est qui prætor a patre suo collegii saliorum magistro iussus sex lictoribus præcedentibus : arma ancylia tulit: quāuis uacationem huius officii honoris beneficio haberet. Omnia nāq; post religionem ponenda semper nra ciuitas duxit: ét ī quibus summæ maiestatis conspici decus uoluit. Quapp non dubitauerūt sacris imperia seruire: ita se humanarū rerum futura regimen existimantia: si diuinæ potentiæ bene atq; cōstanter fuissent famulata.

De Lucio Aluanio.

q Vod aī iudicium in priuatorū quoq; pectoribus uersatum ē. urbe. n. a gallis capta cum flamē quirinalis uirgines q; uestales sacra onere partito ferrent easq; pontem subliciū transgressas: & cliuū qui ducit adianiculū descendere incipientes. L. Aluanius plaustro coniugem & liberos uehēs aspexisset proprior publicæ religioni q̄ priuatæ charitati suis: ut plaustro descenderent īperauit: atq; ī id uirgines & sacra imposita omisso cœpto itinere cerete oppidū prouexit ubi cū summa ueneratione recepta grata memoria adhoc usq; tēpus hospitalē humanitatē testant. Inde. n. īsti tutum ē sacra cerimonias uocari q̄a ceretani ea infracto rei. p. statu perinde ac florente coluerunt. Quare a greye illud & sordidū plautrū tempstiue capax: cuiuslibet fulgentissimi triumphalis currus uel æquauerit gloriam: uel anteceſſerit.

Priuatorum. i. hominum uulgariū quod probat per Lucium albanum rusticum. Honere partito .i. sacrorum honore inter se diuiso. Pons sublicius: dictus a sublicis. i. trabibus quæ in aqua figebantur: & pontem ipsum sustinebant: hic primum factus ē a pontificibus & sæpe īstitutus. Priuate char. i. propriæ pietati pp filios & coniugem. Omisso ce. it. quia familiam suam alio fuerat ducturus. Cerete: oppidū quod prius agilina fuerat uociratū: quod ut strabo testatur a pelagis e thessalia q̄ fertis conditum fuit. Prouexit. i. adduxit. Recepta. s. sacra a ceretanis. Grata me. i. iocūda usq; ab hoc tēpus recordatōe. Hospitalem hū. i. clementiā illoꝝ q hospitio tā comi illas uirgines cū sacris receperant. Testant. s. uirgies uestales. Inde. i. ex hac obseruatione ceretanorum. In fracto rei. p. t. i. īperio ro. ad nihilū redacto: galloꝝ potentia q romā oēm ī ptāte tenebāt pter capitoliū. Coluerūt ea. i. illa sacra honorauerūt. Sordidū: dicit cōparatione currū i qbus ro. deb. el latis hostibus triūphare cōsueuerāt & admodū ornati erant. Tēpestiue ea. i. quod in tēpore cepit cū uirginibus sacra. Eadem temp. i. eadē perturbatione rei pu. Statutū gentis fabiæ sacrificiū: Liuius ī li. ab urbe cōdita sacrificiū erat statutū in quirinali colle fabie genti ad id faciēdū. C. Fabius dorso gabino cinctus sacra manu gerens cum de capitolio descendisset: & cætera quæ sequuntur.

De Caio Fabio.

e Adem rei. p. tempestate. C. Fabius dorso suo memorabile exemplum seruatæ religionis dedit namque gallis capitolium obsidentibus : ne statutum fabiæ gentis sacrificium interrumperetur.

Gabino ritu cin.i.instructus more gabiorum.nam cum gabii sacrificarent:essentq; incauti ab hostibus circũuenti:deduxere paliũ inuolutũ a dextera ad siniſtrã:ut leuiores ad fugã : & expeditiores ad pugnã exiſterent: & ita ſuperiores facti:gabios incolumes petiuere. Stationes:tabernacula:tentoria. Victriciũ:uictorum gallorum arma. Perinde.i.ita.Ac ſicut. Pub.Cornelio Bebio Pãphilo con.hi bello macedonico cõſules fuere. In agro ager.n.fuit Lu.petilii:ſed Teren.cultor extitit.

Scriptura:quæ in arcis furrat reperta. Reconditos:repoſitos:abſconditos. Diſciplina ſapiẽtiæ .i.de doctrina philoſophiæ. Curauerunt.ſ.maiores. Ad ſoluendam religionem.i.ad corrũpendam culturam deorũ. Prætor urbanus.nam erat & militaris. Victimarios facto igne in conſpectu.i.miniſtros ſacrificiorum. Auocarentur amouerentur.de his libris multa quoque commemorat Plinius libro naturalis hyſtoriæ. Tarquinius autem rex:priſcus fuit. Marcũ Tullium duumuirum quod librum: patricii tantum libris ſibyllinis perficiebantur: & prio fuerunt duo tãtum cuſtodes. Inde decem:inde quindecim uſq; ad tempora ſyllana:poſt.lx. fuerunt:& licet fuerint plures decẽuirorum in his remanſit nomẽ a ſyllonis temporibus quibus quidecim eos cõſtat fuiſſe. Secreta ci.ro.conti.quia libri ſibyllini continebãt fata & ſecreta ſacrorum populo ro. Corruptus.ſ.pecunia. Culeo.i.curio lupino in quo poſtea parricidæ inſuti cũ ſerpente gallo & ſimia deinde ĩ mare precipitati. Multo poſt:nam eo tẽpore quo Marius cimbros uicit.P. Maleolus matre interempta primus omnium inſutus culeo ĩ mare præcipitatus eſt. Irrogatũ.i. conſtitutũ decretũ. Expianda:purgãda. Præceſſerit:ſuperauerit.

Ex uictore ſpecioſiſſimo.i. clariſſimo:nã multas pœnis clades ĩtulerat. Aſdrubalis: ĩperatoris pœnorum. Xantippi:lacedæmoniorum ducis.nã cũ carthaginenſes ab Attilio eſſẽt magnis cladibus afflicti adeo ut nõ ſe propriis uiribus defenſarã poſſent coacti ſunt ab lacedæmonis auxilium ĩplorare:lacedæmonii ãt miſerunt Xantippum optimũ ducem q inſtructa acie cũ Attilium ad certamẽ ꝓuocaſſet fugãq; ſimulaſſet ipſũ Regulũ inſequentẽ deduxit in inſidias cũ oĩ exercitu:illũq; captũ ad pœnos miſit. Ex ſe ſcilicet ſolo seneq;.

gabino ritu cinctus manibus humeriſq; ſacra gerens per medias hoſtium ſtationes in quirinalem collẽ peruenit:ubi ominibus ſolẽni more peractis in capitoliũ poſt diuinam uenerationem uictricium armorum ꝑinde ac uictor rediit.

De.P.Cornelio & Bebio Pamphilio conſulibus.

m Agna conſeruandæ religionis etiam Publio Cornelio & Bebio pamphilio conſulibus apud maiores noſtros acta cura ẽ. Siquidem in agro lucii petilii ſcribæ.ſub ianiculo cultoribus terram altius uerſantibus duabus arcis lapideis repertis quarum ĩ altera ſcriptura indicabat corpus Numæ pompilii fuiſſe : in altera libri reconditi erant latini ſeptem de iure pontificum ſtotidemq; græci de diſciplina ſapientiæ latinos magna diligentia aſſeruandos curauerunt,græcos qa aliqua ex parte ad ſoluendam religionem pertineꝛ exiſtimabantur .Petilius prætor urbanus ex auctoritate ſenatus peruictimarios facto igne in conſpectu populi cremauit.Noluerunt enim priſci quicquam in hac ciuitate aſſeruari : quo animi hominum a deorum cultu auocarentur.

De Tarquinio rege.

t Arquinius ãt rex.M.Tulliũ duumuiꝝ quod libꝝ ſecreta ciuilium ſacrorum continentẽ cuſtodiæ ſuæ cõmiſſum corruptus petronio ſabinio ſcribendũ dediſſet culeo inſutum in mare abiici iuſſit:idq; ſupplicii genus multo poſt parricidis lege irrrogatum ẽ: Iuſtiſſime quidem:quia pari uindicta parentũ ac deorum uiolatio expianda ẽ.

De Marco regulo Attilio.

ſ Ed quæ ad cuſtodiam religionis attinẽt: neſcio an omnes.M.Attilius regulus præceſſerit:q ex uictore ſpecioſiſſimo iſidiis haſdrubalis & Xantippi lacedæmonii ducis ad miſerabilẽ captiui fortunã deductus:ac miſſus ad ſenatũ populumq; romanũ legatus ut ex ſe & uno & ſene quamplures pœnorũ iuuenes

Pensarentur.i.compensarentur.i.redimerentur. In contrarium con.da.quia cum romam uenisset:dissuasit ne romani redderēt captiuos carthaginensibus pro se solo hoc inutile populo rō. fore dicebat. Merito digne:quia quod petebant pœni Attilius negauit. & quia multas strages illis intulerat. Verum.s.rediit. Passi sunt.s.dii. Tertio pu.bel.nam tertio punico bello Scipio Africānus posterior carthaginem funditus deleuit Spiritus tam crudeliter.s. Attilii. Vexati lacerati. Exactu ri:susceпturi dii de carthaginensibus. Decreuit.i.deliberauit post cladem ad cannas. ne mulieres luctus suos ultra dies triginta extenderet: ut cereris sacra quæ a lugentibus fieri non erat fas possent ab matronis perfici Ne matronæ .Liuius sacrum anniuersarium cereris intermissum est: quia nec lugentibus facerī id fas est nec ulla tempestate matrōa luctus expers fuerat. Nullius pœnates.i.nulla familia mœrore uacabat. Depositisq; doloris insignibus. i. depositis atris uestibus:quæ mœrorem īdicāt.

Candidam.i.albam: q̄ lætitiæ iudicium ē. Iniectum.i.impositus. Ab deoꝝ cultu.i.ab uenerationе diuina. Absterreri.i. amoueri. Creditū ē:ad neglectam religionē transitū facit .M. Varro & Paulus æmilius:cōsules fuerīt in canēsi clade. Cānas ē apuliæ:uicus. Ludos circēses: q romani ēt ludi appellāt: & fiebant Iouī:Iunōi:Mineruæ. Aedilis. nam proprie ædiles curā hēbant struendorum ludorum.

Puerꝝ hystrionem.i.qui in scæna hystrioniā exercuerat artem: & Iuno indignata ē:q̄ tā uilis officii uir in suo sacrificio ad hibitus fuisset. Excubias.i.nocturnas uigilias. Memoria repetitum.i.in memoriam redactum

Sacrificiis expiatum est.i. purgatum est aliis sacrificiis: ut Iuno placaret. Hercules quoq; d tractæ religionis suæ:q̄ post deuictū Gerionē cū ingenti copia boū puenit ad loca ubi hitabat Euander qui cū cognouisset ipsum Ioue an tū ut deorum nūerum augeret aram quæ postea dicta maxima in honorem illius struxit:& pro numine coluit post Cacchū interemptum. De tractæ religiōis suæ.i.diminutæ corruptæ. Exegisse.i. dedisse.

penſarentur: in contrarium dato consilio carthaginē petiit: non ignarus ad quā crudeles quamq; merito sibi infestos deos reuerteretur. Verum quia his iurauerat si captiui eorum redditi non forent ad eos sese rediturum: potuerunt profecto dii immortales effera tam mitigare sæuiciam cæterum quo clarior esset Attilii gloria carthaginenses moribus suis uti passi. tertio punico bello religiosissimi spiritus tam crudeliter uexati urbis eorum interitu iusta exacturi piacula.

q Vanto nostræ ciuitatis senatus uenerabilior in deos qui post cānensem cladem decreuit ne matronæ ultra trigesimum diem luctus suos extenderēt: uti ab his sacra cereris peragi possent: quia maiore pene romanorum uirium parte inexecrabili: ac diro solo iacente: nullius penates mœroris expertes erant. Itaq; matres ac filiæ coniugesq; & sorores nuper interfectorum: absterſis lachrymis depositisq; doloris insignibus candidam induere uestem: & aris thura dare coactæ sunt quaquidem constantia optinendæ religionis magnus cælestibus iniectus ē tubor ulterius aduersus eam sauiendi gentem quæ ne iniuriarum quidem acerbitate ab eorum cultu absterreri potuerit.

De neglecta religione Capitulum secundum.

De Varrone cōsule dimicante cū carthaginensibus.

Reditum est Varronem consulem apud cannas

c cum carthaginensibus tam infeliciter dimicasse ob iram Iunonis quod cum ludos circenses ædilis faceret in Iouis optimi maximi templo eximia facie puerum histrionem ad excubias tenendas posuisset: quod factum post aliquot annos memoria repetitum sacrificiis expiatum ē.

o De potitio non obseruante sacra.

h Ercules quoque detracte religionis suæ & graue: & manifestam pœnam exegisse traditꝰ

Nam cum poticii:intelligẽdum ꝙ Hercules boue eximia mactata ad miniſterium & dapem Potitios & Pinnarios adhibuit potitii ad tempus preſto fuerunt pinnarii certis adeſis ad cæteram uenerunt dapem. Inde inſtitutum eſt:ut Potitii antiſtites eius ſacri eſſent qui cum tradidiſſent ſeruis publicis hoc ſolenne miniſterium omne genus. Potitiorum interiit:de hoc Liuius in primo ab urbe condita. Auctore Appio cenſore:qui perſuaſit ut potitii ſubſtituerẽt ſeruos:q̃ ilia ſacra facerẽt. Puberes iuuenes. Super triginta.i.plures triginta. Captus.i.priuatus intelligendũ ꝙ Hercules indignatus Appium luminibus obcæcauit. Acer.i.ſeuerus. Vindex.i.ultor. Carthagine a ro. op.i.Scipione Africano poſternere iperatore ro.capta carthagine. Veſte aurea nudatus: qa cũ romani carthaginẽ intraſſẽt: eaq; dirriperent qdam miles in tẽplo ueſtem auream Apollini detraxit:quo facto manus militis in ueſte inuolutæ:& abſciſſæ ſunt compertæ. Efficax.i.uehemenſ. Perfecto:quẽ Antõiuſ pfectũ fecerat. Impio cæſaris.ſ. Auguſti. Deſtinatũ.i.condẽnatum. Thuruliũ:iſte thurulius Eſculapii lucũ igreſſus:ut naues Antonio ſtrueret: multas arbores humi deiecerat. Inter ipſũ neꝑiũ mi.i.dũ arbores incideret. Deuictus partibus. Ant.i. cũ Auguſtus apud leucadem ꝓ montoriũ: Antoniũ cũ Cleopatra debellauit. Ibi.i.illicĩ luco quẽ uiolauerat q nõ adirachio longe haberat. Eodẽ exitio. i. eo gĩie mortis. Euerſis arboribus.i.ſucciſis. Adhuc ſupantibus.i.reſtantibus: & nõ ſucciſis arboribus. Impunitatẽ cõſimilis iniũriæ.i.ut alios abſterreret: ne talı quid agredi auderent neut arbores ſuperãtes ſuccideret.

In cenſura.i.dum eſſet cenſor.

Iunonis lacinæ tẽplo Vir. Stat diua lacinia. contra. Seruius ſic ĩquit. Iunonis laciniæ tẽplũ ſecũdum quoſdam rege conditore dictum ſecundum quoſdã a latrone Lacinio:quem illic Hercules occidit: & hoc loco expiato Iunoni templũ conſtituit. hoc templum erat locris: in quo Iuno colebatur:& tegulaſ pulcherrimas marmoreas: hẽbat quas Fuluius cenſor romam ferri iuſſerat ut ædem fortunæ militaris q̃ ædificare faciebat tegeret.

Nam cum potitii ſacrorum eius ritum: quem pro dono genti eorum ab ipſo aſſignatum uelut hæreditarium obtinuerant: auctore Appio cenſore ad humile ſeruorum miniſterium tranſtuliſſent: omnes qui erant numero ſuper. xxx. puberes intra annum extincti ſunt. Nomenque potítium in duodecim familias diuiſum prope interiit: Appius uero luminibus captus eſt.

De Apolline uindicante ſe de ſacrilegio

Cer etiam ſui numinis uindex Apollo: quí carthagine a romãis oppreſſa ueſte aurea nudatus id egit:ut ſacri lege manus fragmenta eius abſciſſæ inuenirentur.

f Renus gallorum dux delphis Apollinis templũ ingreſſus dei uoluntate in ſe manus uertit.

n Ec minus efficax ultor contemptæ religionis filius quoque eius Aeſculapius. qui conſecratum templo ſuo lucum a thurulio præfecto Antonii ad naues ei faciendas magna ex parte ſucciſum: dolens inter ipſum nefarium miniſterium deuictis partibus Antonii imperio Cæſaris morti deſtinatum Thuruliũ manifeſtis numinis ſui uiribus in eum locum quem uiolauerat: traxit: efficitque: ut ibi potiſſimum a militibus cæſarianis occiſus eodem exitio: & euerſis iam arboribus pœnas lueret: & adhuc ſuperantibus impunitatem cõſimilis iniurie pareret. ſuamq; uenerationem quam apud colentes maximam ſemper habuerat:deus multiplicauit.

De Quinto Fuluio.

q Vintus autẽ fuluius flaccus impune non tulit: quod in cenſura tegulas marmoreas ex Iunonis Laciniæ templo ĩ ædem fortunæ æqueſtris: quam Romæ faciebat: tranſtulit. Negatur enim poſt hoc factũ

Mente cõ.i.negat' ſane mẽtis fuiſſe. Egritudinẽ aĩmi.i.uexationẽ & iſcipientiã. In il.in bello quod romani geſſerunt aduerſũ p ſem macedoniæ regem & illyricos. Grauiter affectũ.i. letaliter uulneratũ. Locros:calabriæ urbẽ. Decreti quod ſenatus decreuerat. Circũſpectiſſima ſãctitate: ideſt ſpecioſiſſima & ſpectatiſſima. Impium opus:ideſt piaculum ab cenſore cõmiſſũ. Retexuit ideſt deſtruxit tractum ab his qui tellas texunt. Tam ſcilicet ſenatus impiũ retexuit:& quã.i. quantum Leminii:hic leminius a Scipione ſuperiore fuerat relictus cuſtos locris:eo q hæc urbs uidebat' eẽ illius regionis munimẽtum: ſed hic auaritia correptus templum ꝓſerpinæ ſpoliauit:quod audiens ſenatus ipſũ uincũ romã ꝓtrahi iuſſit:de hoc multa Liuius libro .ix. tertiæ decadis. dicit enim locrẽſes romã legatos miſiſſe q de ipudẽtia.P.Leminii legati quererent' q pecunia ꝓſerpinæ abſtulerat:& liberos eorũ & cõiuges ſtuprauerat. Iuſta animaduerſiõe:ideſt merita pœna. Iuſſiſſet.ſ.ſenatus. Ante cau.dictõem:ideſt ante quã cauſã apud populũ diceret:nã ei dicta erat dies. Teterrimo genẽ morbi quia in uinculis ante iudiciũ periit. Quæ.ſ.proſerpina Violẽtas ſordes.ſ.auaritiæ: qa nil tã ſordidos atq; miſeros homines reddit quã auaritia. Pyrrhi regis:hic epyrotarum rex fuit q a tarẽtinis contra romanos accitus:cũ multas romanis itulliſſet clades:tandem Italiã relinquere coactus eſt:ſed cũ abiret coegit locrẽſes ſibi multã pecuniam dare ex templo ꝓſerpinæ raptã quo facto cũ uela daret indignata ꝓſerpina eũ q tota nocte nauigarat:ad littora ædi uicina ſubita tempeſtate cõpulit illiſus eſt ideſt ipulſus. At nõ ſimiliter ſic qdẽ fecit Pyrrhus,ſed maſiniſſa hoc non fecit. Prefectus:ideſt q preerat claſſi maſaniſſæ. Melitam:ideſt iſulã iter ſiciliam & Africam.ubi erat fanum Iunonis in quo dẽtes eburnei erãt quos ablatos præfectus ad regẽ detulit pro dono. Cõperit:cognouit. Quinq;remi ideſt naui quinq; ordines remorum habenti. Gentis ſue litteris:ideſt punicis litteris ſcriptis. Significantibus:ideſt indicantius. Ignorantem:ſcilicet illos e Iunonis templo raptos fuiſſe Punico ſanguini ideſt.

mente cõſtitiſſe:quin etiam per ſũmam egritudinem animi expirauit:quom ex duobus filiis in illyrico mili tantibus alterũ deceſſiſſe alterũ grauiter audiſſet affectum:cuius caſu motus ſenatus tegulas locros reportandas curauit:decretiq; circũſpectiſſima ſãctitate impium opus cenſoris retexuit.

De.P.Leminio legato Scipionis.

n Am me hercule quam.P.Leminii legati Scipionis in theſauro proſerpinæ ſpoliando ſceleratam auaritiam iuſta animaduerſione uĩdicauit:quom enĩ eũ uinctum Romam protrahi iuſſiſſet ante cauſæ dictionem in carcere teterrimo genere morbi cõſũptus ẽ pecuniam dea eiuſdem ſenatus imperio:& quidem ſũmam duplicando recuperauit.

q Væ quod ad.P.Leminii facinus pertinuit bene a patribus.C.uindicata quod ad uiolentas regis Pyrrhi ſordes attinuerat.ſeipſam potenter atq; efficaciter defẽdit:coactis enim locrenſibus ex theſauro eiuſ magnã illi pecuniam dare:quom onuſtus nefaria præda nauigaret:ui ſubite tempeſtatis tota cũ claſſe uicinis deæ littoribus illiſus eſt in quibus pecunia incolumis reperta ſanctiſſimi theſauri cuſtodiæ reſtituta eſt

Externa de Maſaniſſa rege.

a T non ſimiliter Maſaniſſa rex numidarũ:cuius quom præfectus claſſis Melitã appulliſſet:æque fano Iunonis dentes eburneos eximiæ magnitudinis ſublatos ad eum pro dono attuliſſet:ut cõperit unde aduecti eſſent quinqueremi reportandos Melitam:ĩque templo Iunonis collocandos curauit inſculptos gentis ſuæ litteris ſignificantibus regem ignorantem oẽs accepiſſe:libenter deæ reddidiſſe.factum Maſaniſſæ animo:quam punico ſanguini conueniens: quam quam quid attinet mores natiõe perpendi? in media barbaria ortus ſacrilegium reſcidit alienum.

Afro generi quod perfidum ſemper habitum eſt. Expendi:extimari tractum ab his qui aurum aut argentum ponderant. Sacrilegium alii ideſt prefecti ſui qui templum expliauerat.

Dionyſius rex ſyracuſãus: q nõ ſolũ ſacrilegia faciebat ſed ẽt io coſe argumẽtabat ſe recte facere

Per altũ idest p mare. Ioui olipio. i. ubi colebat Aeſculapius.

Amiculo. i. ueſtimẽto: Epidauri eſt eñ epidaurus: utteſta t Plinius ciuitas in achaia æſculapii delubro pcelebris. Apollinẽ i berbẽ: nã apollo crinitus & ſine barba pingit. More græcie: nã in mẽſis illis græce ſcriptũ erat: τωρ ατεωρεερω : ideſt bonorũ deorum. Victorias aureas hoc eſt ſtatuas uictoriæ quæ p dea colebat. Simulacroꝝ ideſt ſtatuarũ deoꝝ. Accipere oblatũ. Auferre: inuitũ & p ui. Argumẽtando: ideſt argumẽtis p bando. Dedecore filii: q regno expulſus ad tantã inopiã puenit ut corinthi ludũ aperuerit & in triniis docuerit. Repẽdit ideſt pſoluit: In quã ſcilicet tardita tẽ ſupplicii Incideret ideſt i curreret. Thymaſitheus: iſte fuit lipari pnceps. Excepta patera i. p inſidias occupata. Romãi dicauerãt nã Camillus impator cõtra Veios q p decẽniũ cum romanis bellũ geſſerãt: uouit ſe datuꝝ apollini decimã totius prede: ſi ipſã urbẽ expugnare poſſet qđ cũ uoti ſui cõpos factus fuiſſet: ex decima totius predæ igentẽ paterã aureã cõflauit: quã delphos dportãdã p legatos romanos ſenatus curauit. Liuius uerba hæc dictatoriſ ponit. Tuo ductu inqt phythie apollo tuoque numine inſtinctus pgo ad delendã urbẽ Veios tibiq; hinc dcimã ptẽ predæ uoueo deinde paulo poſt idẽ Li. d. legatos romanoꝝ qui donũ ferebãt apollini piratis lipentiũ exceptos deuectos lipas. Vt cõpit: ſcilicet romãos ꝓpter id uotũ delphos mittere

Auſpicato: ideſt cum auſpitio

Ominũ ẽt obſeruatio: de oibꝫ Cicero libro de diuinatõe ſic inquit neq; ſolũ deorum uoces pythagorei obſeruauerũt ſed ẽt hominũ quæ uocãt oia quæ maiores noſtri quia habere cenſebãt iccirco omnibus rebus agendis quod bonum fauſtum fœlix fortunatumque eſſet præfabantur.

ſ Yracuſis gẽitus Dionyſius tot ſacrilegia ſua quot iã recognoſcimus iocoſis dictis proſequi uoluptatis loco duxit. fano enĩ ꝓſerpinæ ſpoliato locris: quõ per altum ſecundo uento claſſe ueheretur ridẽs amicis uidetis ne ait quã bona nauigatio ab ipſis diis ĩmortalibus ſacrilegis tribuatur.

d Etracto etiã Ioui olympio magni ponderis aureo amiculo quo eũ tyrannus hiero e mãubiis carthaginẽſiũ ornauerat: iniectoq; ei laneo pallio dixit æſtate grauẽ eſſe aureũ amiculũ. hyeme frigidum: laneũ autem ad utrumque tempus anni aptius.

Dem epidauri Aeſculapio barbam auream demi iuſſit quod affirmaret: nõ cõuenire patrem Apollinem imberbem: ipſum uero barbatum conſpici.

i Dẽ mẽſas argenteas atq; aureas e fanis ſuſtulit. Quodque ĩ his morẽ græciæ ſcriptũ erat bonorũ deorum eas eſſe: uti ſe bonitate eorum prædicauit.

i Dem uictorias aureas & pateras & coronas quæ ſimulacrorum porrectis manibus ſuſtinebantur tollebat & eas ſe accipere: nõ auferre dicebat; p quam ſtultũ eſſe argumẽtando a quibus bona precamur ab his porrigentibus nolle ſumere. Qui tamen & ſi debita ſupplicia nõ exoluit: dedecore tamen filii mortuus pœnas rependit: quas uiuus effugerat. Lento enĩ gradu ad uindictam ſui diuina procedit ira: tarditatemque ſupplicii grauitate compenſat.

De Thymaſitheo principe Liparitanorum

i N quam ne incideret Thymaſitheus liparitanorum princeps conſilio ſibi & aliter atq; uniuerſæ patriæ utili prouidit exemplo. Excepta namque in freto a ciuibus ſuis piraticam exercentibus magni põderis aurea cratera quam romani Phythio Apollini decimarum nomine dicauerant ĩcitato ad eam partiendam populo; ut comperit eam delphos perferendam curauit. De ominibus. Capitulũ tertium.

d Eiotaro uero regi oĩa fere auſpicata gerenti ſalutaris aquilæ conſpectus fuit quia uiſa ſuſtinuit ſe ab eius tecti uſu: quod nocte in ſequenti ruina ſolo æquatum eſt

De ſeruatiõe ominum ſiue auguriorum

o Minum etiam obſeruatio

Aliquo contactu:ideſt áliqua coniunctione. Innexa:ideſt adiuncta. Fortuito motu: ideſt ſorru næ mutatione. Creditur:ſcilicet ominum obſeruatio. Præſidio:ideſt excubiis. Eo tempore: ſci licet quo ſenatores conſultabant utrũ romam inſtaurarent:an Veios peterent. Statue: ideſt hic fi ge. Eueſtigio:ideſt confeſtim. Quã paucis uerbis:auctoris admiratio eſt. De domici. ideſt de lo co ubi futurum erat totius orbis caput. Proſperis auſpiciis:hoc ẽ propter duodecim uultures: qui romulo apparuerunt ante conditã romã. Inclytæ uictoriæ.i. glorioſæ uictoriæ: debellatis Veien tãis. Modo abiectæ urbis:ideſt pauloãte depopulatæ ab Camil lo. Infundi:imitti. Tam præ clari opis: ſcilicet ꝙ urbs roma inſtauraretur:qa gallos fugauit. Eius:ſcilicet dei. Inuidia:ẽ alie næ fœlicitatis dolor. Ad dam natiõem: quia cum Veios expu gnaſſet Camillus accuſatus fuit ab.L.Apuleio .ri.pl.ꝙ magnam partẽ prædæ Veientanæ furtim abſtuliſſet:quo facto Camillus ĩ exilium abiit abſenſ indigne.xv. æris damnatus per idem tẽpus filio adoleſcẽte orbatus ẽ. Me rito:ideſt digne. Victoria:ſcili cet Veientana. Pia præ. quia deos orauerat ut ſe potius quã rempu.lederent. Aeque enim ui.eſt.i.æqua eſt uirtutis gloria. Quid il.ſcilicet fuit .L. Pau.ſci licet Emilio. Memorabile:ideſt memoratu dignum. Ei ſorte.e ueniſſet: ideſt per ſortem contigiſſet:nam conſules inter ſe pro uintias ſortiebantur:ſed Iuſti. in quit Paulo datum eſſe illud bel lum contra perſam extra ſortẽ. Perſa rege: ſcilicet macedonũ rege. Tertia: puellæ nomen propriũ. Animaduertiſſe:ideſt cognouiſſet. Eo uultu:ſcilicet triſti & mœſto. Preſumpſit ani mo: ideſt concepit in animo ſe triumphaturum de preſa: quod & factũ ẽ. Cecilia metel.ſ.uxor Adultæ ætatis:ideſt nubiliſ.

aliquo contactu religionis innexa eſt: quoniam non fortuitu motu ſed diuina prouidentia conſtare creditꝰ quæ effecit: ut urbe a gallis deleta deliberantibus patri bus conſcriptis utrũ Veios migrarent:an ſua mœnia reſtituerẽt:forte eo tẽpore e præſidio cohortibus redeũ tibus cẽturio ĩ cõmitio exclamaret. Signifer ſtatue ſi gnũ hic optime manebimus: ea enim uoce audita ſena tus accipere omen ſe reſpondit e ueſtigioq; Veios trãſ eũdi cõſiliũ ommiſit. quã paucis uerbis de domicilio futuri ſũmi imperii cõfirmata eſt cõditio credo ĩdignũ diis exiſtimãtibus ꝓſperis auſpitiis romanũ nomẽ or tũ Veietanæ urbis appellatõe mutari ĩclitæq; uictoriæ decus modo abiectæ urbis ruinis infundi.

c Vius tamẽ ꝑclari operis auctor Camillus: quom eſſet precatus ut ſi cui deorũ nimia fœlicitas po pulo romano uideretur:eius inuidia ſuo aliquo incõ modo ſatiaretur:ſubito lapſu decidit: quod omen ad dãnatiõem:qua poſtea oppreſſus eſt:pertinuiſſe uiſũ eſt merito autẽ de laude inter ſe uictoria & pia precatõ ampliſſimi uiri certauerũt æque enim uirtutis eſt: de bona patriæ auxiſſe & mala in ſe tranſferre uoluiſſe.

De Lucio Paulo & filia:

q Vid illud quod Lucio paulo cõſuli euenit quam memorabile:cũ eĩ ſorte eueniſſet: ut bellũ cum rege perſa gereret:& domũ e curia regreſſus filiolã ſuã nomĩe Tertiã:quæ tum erat admodũ puula oſculatus triſtem animaduerteret. Interrogauit quid ita eo uul tu eſſet:quæ reſpõdit Perſã periſſe: deceſſerat aũt catel lus quẽ puella in delitiis habuerat noĩe perſa, arripuit igitur omen Paulus ex quo fortuito dicto quaſi certam ſpem clariſſimi triũphi animo præſumpſit.

De Cecilia Metelli.

a T Cecilia mẽtelli dũ ſororis filiæ adultæ ætatis uirgĩs

More priſco:ideſt antiqua conſuetudine:hunc enim morem habuere antiqui:ut cũ filiam uellẽt alicui loquare: primo ipſam uirginem ad multam noctem uigilare faciebant in templo:ut ab diis omen aliquod caperet:utrũ proſperum eſſet futurum coniugium. Nocte concu.ideſt intempeſta nocte. Varro de lingua latina:Intẽpeſtam alius dicebat cũ tempus agendi eſt nullam:quod alii cõcubium appellarunt:q; fere tunc omnes cubarent. Eius rei gratia:ideſt cã captandi omina. Aliquã diu:ideſt multum. Perſidiſſet:ſcilicet cecilia. Propoſito congruens.ideſt conueniẽs ad ea quæ ipſæ optabant ſcire. Accomodaret locũ: ſciliet in quo ipſa ſederat. Ab indulgentia profectũ: ideſt ab clementia:& benignitate. Ad euentũ:quia ita euenit: ut breui mortua cecilia: uirgo illa in locũ illius a metello duceretur. In domũ faniæ.i.illius mulieri minturnenſis:cũ fuiſſet captus ĩ palude inditio paſtoris Marius:& domũ Faniæ deductus q̃ ol ab ipſo fuerat dãnata. Quod ſequere.i. quod agere deberet.

Oblatũ.i.oſtenſum prouidentia deorũ. Alioquin.i.aliter & ſecundam cauſam oſtẽdit ſuæ ſalutis. Interpretandarum rel.i. auguriorum exponendorum.

Confluxerat.i. concurrerat.

Produceretur.i.ipſe adduceretur. Arma uictor.i.ſyllæ uictoris. Pharſalia:emathia: campi philippi idem eſt. Cyprum.i. inſulam Pamphilii marii. Cõtraheret:ideſt compararet. Appellens:applicãs. Paphum:oppidum in cypro inſula ubi colebat uenus. Ei:ſcilicet ædificio.

Cacobaſilea:erat nomen ædificii illius:& ĩterpretat malus rex: quod pro malo nomie habuit.

Quantulacumq;:intelligimus paruam fuiſſe ſpem illius. Contraxerat.i.conceperat. Marci bruti:qui unus fuit de interfectoribus cæſaris:ut rempu. inſtauraret. Admiſſo parricidio:ideſt morte cæſaris: qui pater patriæ appellatus eſt. Nefarium opus appellat execrabile opus interemiſſe cæſarem.

Præcipuũ. ſingulare experimẽtum. Vxorie. quã in uiros ſuos uxores exhibuerunt. Cõparandũ plurimis ac. tantæ inqt admirationis experimentũ illud fuit ut merito cõparari poſſit pclariſ & crebris uictoriis quas ciuitas illa in acqrenda ditõe fuerat aſſecuta. Admiratiõe fa. q̃tum ad facti admirationẽ ſpectat. Miniæ quorũ: orta ſeditiõe miniæ q multis ánis ſuũ regnũ optinuerãt ab pelaſgicis expulſi cacũina montiũ ſpartanoꝝ uagantes occupãt. Lacedæmõii illorũ uenerationem ac nobilitatis auctoritatẽ: præterea reſpectu caſtoris & pollucis commoti: e montibus illis in urbẽ reuocant leges ſuas: atq; cõmoda largiuntur: nobiles etiã uirgines illis in matrimoniũ iungunt: miniæ procedente tempore tantorum beneficiorum quæ receperant ĩmemores: regnum ſpartanorũ affectant. ſed patefacta fatõne capti in carcerem includuntur ſupplicium q̃ capitale decernitur. Illorum cõiuges die qui noctem ſupplicii antecedabat: meſtæ ad cuſtodes deueniunt: & tãq̃ pituros uiros ſuos poſtremo allocuturæ ĩpetrato aditu: cuſtodiam in qua meriti aſſeruabantur ingrediuntur. Cõmutatiſq; cum illis ueſtibus capita uirorũ tegentes in meroris ſignum carcerem reliquere coegerunt. hacq; fallacia liberati uiri ĩcolumes euaſerunt: Miniæ: populi lemnii. Origo quorum ex i. origo miniaꝝ talis fuit: cum argo nautæ: quorũ dux Iaſon fuiſſe dicitur aureũ uellus petentes forte ad lemnum inſulam applicuiſſent: ubi mulieres ſolæ occiſis maritis ſuis eo ꝓ cum getis diutinũ bellum gererent neq; ſui curam gererẽt regnũ obtinebãt: urbes uiſere cœperũt. Mulieres primo teſtituere & heroas illos nõ ſegnes mulieres a muris arcuere. nobilitate deinde illoꝝ cõmotæ heroas benigne hoſpitio ſuſcipiunt: amoreq; ipſorum captæ minias utero conceptos generant. Inclyto nu. gloſa multitudine. oẽs eni proceres græciæ electi extiterant. Vices: alternatiões temporũ. Pelaſgicis: q poſtea ab archade iouis & caliſtõis filio archades ſunt appellati. Alienæ opis: aliaꝝ urbium auxilio. Targetarum: montiũ altiſſimoꝝ in laconia. Supplices non per uim. Tindaridarũ. i. caſtoris & pollucis iouis & ledæ filiorũ q̃ leda tindari filia fuit: qui una cum iaſone fuerunt & genus ab his quoq; miniæ trahebant. Illo nauigio: ideſt argo naui ſic nominata. Par frũm. i. duo fratres. ſ. Caſtor & polux. Deſtinatũ ſideribus. poſt mortem. n. Caſtor & polux in ſidera tranſlati ſunt. in zodiaco collocata: q̃ gemini nomẽ obtinuerũt.

præcipuũ forme ſuæ decorẽ in habitũ uirilẽ conuerterẽ uoluptatis loco hũit tõſis enĩ capillis equo ſe & armis aſſuefecit: quo facilius laboribus & periculis eius intereſſet q̃n ẽt uictũ a. Cn. Põpeio p efferatas gentes fugiẽtem aĩo pariter & corpore ĩfatigabili ſecuta ẽ: cuius tãta fides aſperaꝝ atq; difficilium rerũ Mithridati maximũ ſolaciũ & iocundiſſimũ lenimentum fuit cum domo enĩ & penatibus uagari ſe credidit. Vxore ſimul exulante.

De Lacedæmone.

u Erũ quid Aſiã quid barbarie ĩmenſas ſolitudines q̃d latebras pontici ſinus ſcrutor? quom ſplẽdiſſimũ totius Græciæ decus lacedæmon præcipuũ uxorie fidei ſpecimẽ tantum non noſtris oſtentet opulis plurimis & maximis patriæ ſuæ laudibus admiratione facti comparandum.

De Miniis.

m Iniæ quorũ origo ex inclyto ſociorũ Iaſonis nũero lemniorũ in inſula concepta per aliquot ſæculorũ uices ſtabilis in ſede manſerat: a pelaſgicis expulſi armis aliene opis indigentes excelſa taygetorum mõtium iuga ſupplices occupauerunt: quos ſpartana ciuitas reſpectu tyndaridarum: namq; in illo nobilis fama nauigio deſtinatũ ſideribus par fratrũ fulſerat deductos inde legibus cõmodiſq; ſuis ĩmiſcuit: ſed hoc

Legibus ſuis: ut ſuis legibus admitterent & ciuitate donarentur. Cõmodis. ut urbis cõmoda acci perent. Bene merite urbis. cui non parũ debebãt. Vetere inſtituto. i. antiquo more ſpartanorum, qui erat ut rei & nocentes noctu pœnas maleficiorũ ſuorũ penderent. Illuſtris ſanguinis. nobili genere natæ lacedæmonæ. Cõmutata ueſte. ſ. cum maritis. Velatis: tectis uelo capitibus tanq̃ ſimularent dolorẽ mortis coniugũ. ſ. hoc fecerunt ne exeuntes mariti a cuſtodibus dignoſcerẽt. Hoc loco: quã maiorem laudẽ harũ mulierũ dicam: nihil eas tantorũ uirorum tanq̃ nobiliũ cõnubia meruiſſe.

c Ontemplemur nunc: capitulũ de amicitia narrat atq; agreditur Valerius quæ qm laudẽ magnã meretur. proemio etiã non mediocri indiget. hanc non minorẽ uim hñe in hominũ uita declarat quã habeat ſanguinis uinculũ uel ẽt cognationi: illã præponit. nã cognationẽ fortũa ipſa comparat. amicitiã aũt coniungit uoluntas affinem alienaq̃ militiæ aſcribitur. ſed in amici a uerſione leuitatis atq; incõſtãtie crimen damnat. deniq; concludit ſine uĩculo amicitiæ hoies ui uere non poſſe. idq; conſulit ne temere eligamus quẽ amare ueli mus. amatum cõſeruare cupiãus.

Hoc ẽt certius. plus hẽt certitudinis amicitia quã ſanguis. Illd .ſ. uinculũ ſanguis nobis iungit ſors naſcẽdi. Fortunatũ opus. munus a fortuna datũ. Hoc .ſ. uinculũ amicitiæ uolũtas cõpat.

Solido iuditio: cõſtãti explorato iudicio. Propinquũ. ſanguie coniunctũ. Auerſere. alienabiſ.

Altera direptio .i. ꝓuatio propinq. Crimini leuitatis. icõſtãs enim uidet & leuis q amicũ ſpõte electũ: deinde a ſe amouet.

Deſerta ſit: nã Cicero ſolẽ e mõdo tolli cõmemorat. cũ amicitia tollit. Præſidio. auxilio. Tã neceſſariũ: q̃lis ẽ amicitia. Sincere fidei: declarat qbus in rbus uera amicitia dignoſci poſſit. Fœlicitatis cultus .i. q hoies ifœlicitate & rerũ copia ſitos colũt potius adulatores q̃ ueri amici diiudicãtur & cultus ille ſimulatio potius q̃ amicitia æſtimat: nã illis ꝓſtãt tantũmodo a qbus multo maiora expetũt quã tradãt. Accedit huc ꝙ ifracte fortunæ hoies. Ad ſupradictã rõem hoc ẽt additur qđ ſequitur. ꝓbat enĩ homines afflictæ fortunæ magis egere aut auxilio aut cõſilio quã illos q ſecũda utunt fortuna: diuites enĩ cũ ab diis ſuffragationẽ hẽant humanã opẽ non deſiderant. Accedit huc. i. ad hanc ſuperiorem rõnem. In fractæ: ualde fractæ & afflictæ forrune homies. Studia: fauores amicorum. Leta & proſpera negocia: ideſt homines in letis proſperiſq; rebus ſiti. Diuina ſuffragatõe: diuino auxilio. Foueantur: nutriantur: nam dii opes ac bona hominibus ꝓſtant. Tenatius igitur eoꝝ nomina: cõcludit Valerius dicens: quãdoquidẽ amici melius in aduerſis q̃ in proſperis rebus cognoſcuntur ſupiores maiori laude proſecuti ſunt eos: q in rebus aduerſis amici perſtiterunt: q̃ qui diuites: ac potentes amplexi ſunt.

tantũ beneficium ĩ iniuriam benemeritæ urbis regnũ affectantes uerterunt. igitur publicæ cuſtodiæ incluſi capitali ſeruabant ſupplicio: qđ cũ uetere inſtituto lacedæmoniorũ nocturno tpe paſſuri eſſent cõiuges eorũ illuſtris ibi ſanguinis: uelut allocuturæ parituros uiros ĩpetrato a cuſtodibus aditu carcerẽ intrauerunt. cõmutataq; ueſte per ſimulationẽ doloris uelatis capitibus eos abire paſſæ ſũt. Hoc loco qd aliud adiecerim quam dignas fuiſſe quibus Miniæ nuberent.

De amicitia Capitulum ſeptimum.

Ontemplemur nũc amicitiæ uinculũ potens

c & prævalidum: neq; ulla ex ꝑte ſanguinis uitibus ĩferius hoc etiã certius & exploratius: qa illud naſcendi ſors fortuitum opus hoc uniuſcuiuſq; ſolido iudicio inchoata uoluntas cõtrahit. Itaq; celerius ſine reprehenſione propinquũ auerſere quam amicum: qa altera direptioni utiq; iniqtatis: altera utiq; leuitatis crimini ſubiecta eſt. Cum enĩ deſerta ſit futura uita hoĩ nullius amicitiæ cincta præſidio: tã neceſſariũ ſubſidium temere aſſumi non debet: ſemel aũt apprehenſum recte ſperni non conuenit. Sinceræ uero fidei amici præcipue in aduerſis rebus cognoſcunt: in qbus qcqd præſtatur totũ a conſtanti beniuolentia proficiſcitur ſfœlicitatis cultus maiore ex parte adulatioĩ quã charitati erogatus certe ſuſpectus ẽ: perinde ac plus ſẽper petat quã impẽdar. Accedit huc quod infractæ fortunæ homines magis amicorum ſtudia deſiderant uel præſidii uel ſolatii gratia: nam læta quidem & proſpera negocia utpote cum diuina ſuffragatione foueantur humana minus indigent. Tenacius igitur eorum nomina poſteritatis memoria apprehẽdit: qui

Aduersus amicorū ca.i. amicos in aduersis casibus positos. Prosperum cursū uitæ.i. hoīes in ꝓ speris & lautis rebus degentes. Nemo de sardanapali: ꝓbat neminem cōmemorare eos q potentes comitati sunt exemplo familiarū sardanapali:nā nullus ē qui amicos sardanapali memoriæ manda uerit.Sardanapalus rex assiriorum fuit uir muliere corruptior:ad quē uisendū cum Arbactus præfe ctus medorum uenisset:qđ nullus ātea obtinuerat ægre ipsum admisit.Arbactus ad socios ꝓgressus negat se uelle parere regi tā æffeminato.ipsum enī inter meretricū greges offenderat purpurā colo trahentē:& habitu muliebri pen sa iter ancillas patientē. Indigna ti socii se uiro lanā potiusq̄ arma tractanti iseruire.coniuratōe fac ta bellum sardanapalo inferunt. Rex audito sociorū aduentu cū paucis incōpositis obuiā ꝓgres sus fugatur. uictusq̄ i regiam se recipit structaq; ibi pyra se opes q̄ suas cremauit: hoc solo uirū imitatus. Orestes pylade.at e cōtra orestē & pyladē omnis æ tas cōmemorabit:qui aduersa in uicem passi sunt. Interfecta ma tre clytemnestra orestes in furiā uersus diuersas orbis partes pe ragrauit:pylades illius comes sē per extitit & cum rex quidā ore stem necare uellet neq; illum co gnosceret pylades se orestem eē asserebat:ut pro illo moreretur: Orestes autem ita ut erat orestē se esse affirmabat: qua de re pa cuuius thragœdiam scripsit. Et ita dicit Valerius notiorem fuis se orestem propter pyladē ami cum quam propter Agamēno nem patrem præstantissimum regem. Illorum amicitia:scilicet familiarū Sardanapali. Cōsor tione:cōiunctione. Cōtabuit: sorbuit obfuscata ē. Duræ aspe cōdi.qa exilium & erroref & me tū læti passi sunt. Solatiū:nam

Nemo de sarda.

aduersus amicorum casus non deseruerunt. quam q prosperum uite cursum comitati sunt.

De Sardanapali Oreste & Pylade.

n Emo de Sardanapali familiaribus loquit Orestes pylade pœne amico quam Agamēnone patre no tior est:Siquidem illorum amicitia in consortione de litiarum & luxuriæ contabuit.horum dure atq; asperē conditionis solatium ipsarum miseriarum experimē to enituit. Sed quid externa attingo: cum domesticis prius liceat uti?

De Graccho damnato &.C. Blosio ipsum defendēte:

i Nimicus prīæ fuisse gracchus existimatus ē: nec īmerito:quia potētiam suā saluti eius prætulerat quam constantis tñ fidei amicum etiam in hoc tam p uo proposito.C.Blasium cumanum habuerit: operæ pretium est cognoscere.hostis iudicatus: ultimo sup plicio affectus:sepulture honore spoliatus:beniuolen tia tamen eius non caruit. Nam quom senatus Ru tilio & lenati consulibus mandasset: ut in eos qui cū graccho consensserant: more maiorum animaduerte rent: & ad lelium cuius consilio precipue consules utebantur: pro se Blosius deprecatum uenisset fami liaritatisque excusatione uteretur: atque is dixisset.

alter alterum solabat. Sed qd externa:se ipsum corripit q̄ contra propositū suū faciat cum externa p̄us attingat exēpla q̄ domestica. Inimicus patriæ Gracchus.C.Blosius Cumanus gracchi amicissi mus fuit:& cū senatus iuberet lenati & rupilio consulibus ut punirēt eos. q cum Tyberio graccho iā occiso consenserant blosius ad leliū cuius cōsilio maxime consules utebāt deprecatum uēit hanc cau sam ut sibi ignoscat affert:q̄.s.tanti gracchum fecisset:ut qcqd ille uoluisset faciēdū sibi necessariū du xisset. Tū Lelius ingt.qd nam fecisses si te in templū iouis maximi faces ferre uoluisset:nunq̄ rndit Blosius hoc iussisset.Sed cū assidua Lelu iterrogatiōe p̄meretur:dicere nō dubitauit:si Gracchus hoc iussisset:illius āt dicto ēt nutui paruissem. Inimicus prīæ existimatus:leges enī agrarias cōtra senatus auctoritatē tulerat. Potentiā suā:hoc enī faciebat ut populi fauore caprato i urbe potētior eēt. Ta mē:q̄is esset hostis iudicatus & dānatus tñ amicum habuit & cætera. Cōstātis:perseuerantis fidei.

Prauo proposito.s.ferendi leges agrarias. Operæ p̄cium:idest utile. Hostis iudicatus:a senatu. s.Ty.gracchus. Vltimo supplicio affectus: a Scipione nassica quē fractis subselliis ipsum crudeliter necauit. Sepulturæ honore spoliatus:a senatu populoq; ro.qui sepulturam illi denegarunt. Eius: scilicet Blosii qui ipsum tam male habitum nephas esse duxit amicitia carere. Animaduerterent: idest punitionem contra eos exerceret. Lelium:qui illius consilii princeps erat & cui consules pluri mum credebant. Deprecatum:supplicatum ut sibi uenia præstaretur. Excusatione familiarita tis:q̄ scilicet amicissimus:ita fuerit Gracchi ut quicquid ille iuberet sibi factu necessariū putasset.

Quid.ſ.dicis. Templo Iouis optimi:qđ in capitolio edificatū erat. Iactas:cum iactantia oñdis uel profers. Satis imo nimiū.ſ.dixit.Bloſius enī excuſare uolebat tū mores cuius totus ſenatus dānauerat. Dānatos mores.ſ.Tyb.Gracchi nā inuebat ipſum nūq̄ potuiſſet iubere ea quæ cæteri illū facturum declarabant & ferme illum inique damnatū autumabat. Verū qđ ſequitur:ſatis ſupq; ſuperius rñdit.ſed qnod ſeqtur audacius ē exiſtimandū. Periculoſius:periculū enī erat ne de ſe ob tā deteſtabilē profeſſionē conſules ſuppliciū ſumerēt perſeueranti. Interrogatione. Lelii:aſſidua Lelii interrogatione. Cōſtāti gradu:forti aīo: tranſlatio ab hiis q dimicāt tracta q ſe loco pelli nō patiuntur. Hoc:ut faces iferret capitolio. Modo.i.ſi tantūmodo annuiſſet.i.nutu capitis ſignificaſſet ne dū iuberet. Quis ſceleratū:nemo inqt illum putaſſet temeritati Ty.gracchi paruiſſe niſi tā nefariā uocem emiſiſſet q ſignificabat ipſū non modo propoſiti praui gracchi comitē ſed ēt ducem fuiſſe. Pro neceſſitate tp̄is.ut ſi dixiſſet ego Gracchi obſecutus fuiſſē uoluntati.ſed q̄ tēus rei publicæ & patriæ charitas cōceſiſſet. At bloſius nec ſilentio.Sed bloſius neq; prudentiæ neq; ſalutis rōnem habuit timens ne aliqua in parte gracchi amicitiam deſerere uideret ſi negaſſet ſe factur⁹ quod ille iuſiſſet Prudenti ſermone:ſi p̄ temporis neceſſitate dixiſſet ſe rei pub. rationē habiturū:& ſi tale quid Gracchus iuſiſſet. Salutem ſuam:nam hac amititia quæſtione noua perterritus ad Ariſtonicū regē in aſiā ſe contulit q populiro.hoſtis erat fractis deinde Ariſtonici r̄gis opibus Bloſius ſe ipſum uita p̄uauit.Itaq; graues rei pu.pœnas iuſtaſq; perſoluit. In fœliciſ amicitiæ:quæ factione & calamitate debilitata & diuiſa fuerat morte Gracchi cuius exitus ifœlix extitit. In eadē domo æque robuſta:de.C.Gracchi fratris tyberii ſeditiōe loquitur Valerius qūi & ipſe in illa dementia ſerendi leges agrarias perſeuerantiſſimos habuit amicos.Cum enim.C.Gracchus leges agrarias ederet & ſenatus id conſilium non approbaret facto impetu coactus eſt Gracchus terga dar.Et cum Lutius opimius conſul cum bonorum multitudine eum inſequeretur.ut temeritatis ſuæ pœnas daret: reliquis gracchi amicis timore languentibus ſoli Pomponius & lectorius auxilium ei præſtare contenderunt quorum Pomponius dum ſe inſequentium multitudini offert in tregemina porta lacerat⁹ expirauit.lectorius autem pontem ſublicium ſtrenue occupans pontem illū intercluſit quo facilius gracchus ab īminenti periculo ſi liberaret.ſed cum diutius multitudinis impetum ſuſtinere neq ret gladium ſuum per præcordia exigens:agili deinde ſaltu ſe in tyberim p̄cipitem dedit. Itaq; expirans lectorius ardorē amicitiæ declarauit in amicitia unius gracchi quā in eodē p̄te horatius coclesē ab īnfenſis hoſtiū tælis libertatem ro.defēdit toti p̄riæ ſignificauit.In hoc ār ſupauit horatiū lectorius:q; horatius diſſipato p̄te incolūis ad ſuos enatauit.lectorius uero p̄ amico ſibi uim iferēs i ipſo tyberi uitā extinxit. Eadē do.gracchorū. Cōſpiratio eius quā fecerat legē ferēdo agrariā cōtra ſenatus auctoritatē. Concitatū cōmotum agmen.quod.L.opimiū ſeqbatur ut gracchum tollerent.

Quid ſi te Gracchus tēplo Iouis optimi maximi faces ſubdeř iuſſiſſet obſecuturus ne uolūtati ipſius: ꝑpter iſtā quā iactas familiaritatē fuiſti? Nunq̄ iſtud inquit Gracchus īperaſſet:ſatis īmo etiam nimiū: totius nā q; ſenatus conſenſu damnatos mores defēdere auſus ē. Verum qđ ſeqtur multo audatius : multoq; periculoſius:cōpreſſus enim p̄ſeueranti interrogatione Lelii in eodē conſtanti gradu ſtetit:ſeq; ēt hoc ſi modo gracchus annuiſſet:facturū reſpondit. Quis illū ſceleratū putaſſet fuiſſe ſi tacuiſſet:quis etiā non ſapientē:ſi ꝑ neceſſitate tēporis locutus eſſet? At Bloſius nec ſilētio honeſto : nec prudēti ſermone ſalutem ſuā ne qua ex parte īfœlicis amicitiæ memoriā deſereret tueri noluit

De.C.graccho & pōponio & lectorio amicis.

N eadē domo æque robuſta cōſtantis amicitiæ exēpla oboriunt. proſtratis enim iam & præditis : C. gracchi conſiliis rebuſq;:quō tota eius cōſpiratio late quæreret:deſertū omni auxilio:duo tātū amici pōponius & Lectorius ab īfeſtis & undiq; ruētibus tælis oppoſitu corporū ſuorū texerūt quo⁹ pomponius quo is facilius euaderet:concitatum ſequentium agmen in

Porta trigemina: dicta q ibi ſpolia fratrũ curiatiorum trium aliquandiu affixa fuerunt ab horatio amiſſis duobus fratribus parti. Trãſitum ſuper cadauer. ſ. d. cadens eni operam dedit ut ex trãſuerſo porte laberet: ut ẽt mortuus perſequentiũ gracchũ ardori impedimento eſſet. Ponte ſublicio: dicto a ſublicis palis in aqua fixis. Sepſit. clauſit: itercluſit. Petiit: iuit in ꝑfundum tyberis. Horatius cocles: in eo põte ab infenſis etruſcorũ telis patriã defendit. Adiecta uol. mortẽ & adiecit lectoribus in quo horatiũ ſupauit. Quã bonos: fortunã tyberii & cai gracchorũ laudat. ſi aut patrem aut maternũ auum uoluiſſent imitari: poſſumus intelligẽ quã multos ac ꝑſeuerantiſſimos habuiſſent in bellicis rebus adminiſtrãdis milites q trophea & illoꝝ triumphos auxiſſẽt atq; ornauiſſẽt cũ in tam deteſtabili propoſito adeo uehementes ꝑpugnatores hũerit ut illorũ charitatẽ patriæ amori ꝑferre non dubitauerint.

porta trigemina aliq̃diu acerrima pugna inhibuit: nec uiuus pelli potuit: ſed multis cõfectus uulneribus trã ſitũ ſuper cadauer ſuũ eis credo ẽt poſt fata: iuitus dedit. Lectorius aũt in põte ſublicio cõſtitit & eũ donec gracchus tranſiret ardore ſpiritus ſui ſepſit: ac ui iam multitudinis obrutus cõuerſo in ſe gladio celeri ſaltu profundum tyberis petiit quãq; in eo ponte charitatẽ toti patriæ Horatius cocles exhibuerat: unius amicitiæ adiecta uolũtaria morte præſtitit: quã bonos gracchi ſi aut patris aut materni aui ſectã uitæ ĩgredi uoluiſſẽt habere milites potuerant? Quo enĩ ĩpetu: qua ꝑſeuerantia aĩ Bloſius & põponius & lectoribus trophæa ac triũphos eorũ adiuuiſſẽt furioſi conatus tã ſtrenui comites ſiniſtris q̃dem auſpitiis amicitiæ cõditionem ſecuti: ſed quo miſeriora hoc certiora fideliter culte nobilitatis exempla.

Gracchi .ſ. tyberius & Caius gracchi. Patris: tyberii ſẽpronii Materni Scipiõis africani ſupioris. Sectã: ĩtegritatẽ uiuendi. Bloſius Tyberii amicus. Põponius & Cai gracchi ꝑpugnatores: Trophea: cũ fugatis hoſtibuſ uictor ĩ patriã reuertebat erecta ꝑ uus colũna eo loci ubi ĩ fugã uerſi hoſtes fuerãt: & hoc ĩ uictoriæ monumẽtũ fiebat. Furioſi co. molitiões ĩſane eo q cõtra rẽpu. eẽnt. Siniſtris. i. ſecuti cõditiõem amicitiæ malo omine eo q nõ potuerint illoꝝ ſalutẽ tueri ꝑ q̃bus fortiter dimicando ẽt mori nõ horruerũt. Sed quo: oñdit horũ exẽpla ꝑbuiſſe certa amoris indicia ĩ eo q gracchos ĩ aduerſis nõ ãt in ſecũdis rẽbus tutari cõati ſũt. Culte. obſeruatæ amicitiæ nobiliũ gracchorũ fideliter & nõ fictæ. neq; ſimultatæ.

De Lucio Rhegino.

L Vcius ãt Rheginus ſi ad debitã publico miniſterio ſinceritatem exigat poſteritatis cõuicio lacerãdus: ſi amicitiæ fido pignore eſtimetur in optimo laudabilis cõſciẽtie portu relinquẽdus ẽ. Tribunus enim plebis Cepionẽ in carcerem coniectũ: q̃ illius culpa exercitus noſter a cimbris & teutonicis uidebat deletus: ueteris arcteq; amicitiæ memor publica cuſtodia liberauit: nec eatenus amicum egiſſe contentus ẽt fugẽ ius comes acceſſit:

Lucius ãt. Gneus martiuſ cõſul &. Qu. cepio ꝑ cõſul cũ duobuſ cõſularibus exercitibus aduerſuſ cimbros & teutonicos ꝑfecti temeritate. Qu. cepionis q contra college uolũtatẽ pugnam cõmiſerat exercitus deletos ãmiſerũt Deinde cũ q̃ſtio hr̃etur cõtra cepionẽ cõſul eũ ĩ carcerẽ deduci iuſſit. Quẽ Lucius rheginus de quo nũc agit cũ eẽt tribunus ple. ꝑſti ne beniuolẽtiæ memor q̃ maxime deiũcti erãt noctu e cuſtodia publica liberauit. ſeq; illi fugæ comitẽ applicuit. Valerius ergo dicit i hoc culpãdus eſt Rheginus q cũ eſſet in publico miniſterio conſtitutus tribunus enĩ ple. erat: non tĩ pegit ea q̃ ad remp. pertinebãt. nõ enim illũ e uinculis liberare debuerat: ſed potius ãnecti: ut quẽ ab oĩbus damnatũ conſul in carcerẽ cõiecerat de eo ſecundũ romanorũ morem ſuppliciũ ſumeret. Sed ſi qs noluerit conſtantiam eſtimare quam pro amico præſtitit non modo non culpandus ſed ſumopere laudandus ẽ. Sinceritatem pu. nam iuiolabiliter quæ ad ſalutem reipu. ſpectarent ſeruare debuerat. Fido pignore. fideli ſigno & experimento. In optimo: ideſt i ſumma tranquillitate. Laudabili. quæ maxime laudari mereretur. Arctæ. ſtrictæ neceſſitudo eni fuerat. Hactenus. i. hucuſq;. i. egiſſe ſe amicũ cepionis uſq; ad ꝺliberationẽ carceris ſibi nõ atis fuit: ſed etiã ſecum una exilium petiuit. Proh magnum. admiratur ferme, per exclamationem

Exclamatio ad Amicitiam.

P Roh magnũ & inexupabile tuũ numen amicitia: quom ex altera parte reſpu. manum iniiceret: ex

q̄ tantam hēat uim amicitia:ut quēadmodum numina nemo ſupare poteſt:ita & amicitia nullo pacto ſuperari ſe patitur qđ probat exemplo regii:q & pr̄iæ cōmoda & tribunitiam ptātem relinquēs uoluntarium exiliū dū amico comes eſſet eligere non dubitauit. Tuū:tua potentia o amicitia. Manum:ut illū remoraretur ne amici cōmoda ſuis aſſerret. Tua dextra.ſ.ad liberandū quē tantope amaret. Sacroſanctus:inuiolatus īcorruptus ne quid contra reip.ſalutē moliatur.ſacer tribunus pl. ideo dicebatur q̄ ſi quiſpiā illum uiolaſſet caput uiolatoris cū ſuis bonis oibus templo cæteris ſacrabatur. Exiliū.ī. iuberes ut exilium una cū amico toleraret. Honori:ſue dignitati & rei publicæ cōmodos. Prætulit:antepoſuit nā & tribunitiū honorem & rei pu. curā neglexit:amore cepiōis nimium correptus. Admirabile:Apoſtrophās ad amicitiā Valerius dicit Lutii regini factū mīta admiratione proſequendum. Sed tī exemplum uolumnii qđ huic ſubiungit qa ſine ulla repu. iactura fuit laudationē maiorē meretur. Acie pharſalica cū Bruti & Becii copiaſ Auguſtus &.M Antonius deleuiſſent.M.lucullū captū quo familiariter utebatur Volumnius.M.Antonius occidi iuſſit:eo q̄ detii & bruti ptes adiuuiſſet. Volūnius audito amici fato cū fugere poſſet: cadauer luculli amplectitur lachrymis & gemitibus intētus.clamorē quo q̄ emittere cœpit.Idq̄ de induſtria faciebat ut antonii milites eiulatū ſuum'accipientes ipſum ad Antoniū deducerēt:qđ & ſibi euenit. Capiť.n.& in conſpectū Antonii. protrahitur. Quē ubi conſpexit.Antoni inqt me in eū locū ubi lucullus iacet:deduci iube:meq̄ illi mortis comitē adiūge:nulla enim cā ē cur ſuperſtes illi eſſe uelim:nā ego ipſi auctor fui ut bruti deciiq̄ partes ſeq̄retur.his incenſus Antonius illū ad lucullū ductū:uita quā exōſſā hēbat p̄uauit. Tuū:a te profectū & tibi attribuendū o amicitia. Laudabilius.laudatiōe digniori p̄ſequēdū. Recognoſce:intellige o amicitia. Quouſq̄:qa ad mortē uſq̄ acceſſit. Sine rei.nā nō contra rēp.hoc factū ē uolumnii ſicuti fuerat illud regii. Qui:Volūnius.Equeſtri loco natus:eques enī rōanus extitit. In magna f.licētia licentis.n.fugere potuiſſet ſi libuiſſet. Exanimi:mortuo amico. Adheſit:applicauit. Arceſſeret:aſſiſceret. Supeſſe:ſupuiuere. Infœlicis mili.quæ malū hūit exitum nā & reip.copiæ diſſipatæ erāt:& Lucullus fuerat uita p̄uatus. Quid hac amicitia fidelius. Laudat Valerius beniuolentiā Volūnii:q dum amicū inſontē fuiſſe aſſerit:ſeipſū odioſiorē Antonio reddebat:quo facilius ſibi mortē inferri iuberet. Mortē amici hoſtis odio leuauit.i.odiū oē antonii q illū fecerat occidi a mortuo lucullo āmouit. Leuauit:leuiorē fecit. Conſilii crimīe:qcqd enī fecerat lucullus hoc totū uolumnio erat attribuendū.q conſiliū illi dederat ut reip.ptes ſequeret. Aſtrinxit:damnauit. Miſerabiliorē.maiori miſeratione dignū. Inuiſiorē:odioſiorē. Difficiles au.i. facile qđ audiuit illū uelle antonius pfecit. Quo uoluerat:in locū ubi lucullus iacebat. Deinde: poſtq̄ oſculatus manū eſt & caput ſuo pectori adiunxit. Demiſſā:depoſitā:inclinatam ceruicē. Victori gladio.i.uictorū gladio. Loq̄tur græcia nephā.the.Nunc p ſil'itudinē declarat amicitiā romanorū quos ſupius cōmemorauit:multo laudabiliorē extitiſſe:quā illorum quos mendax græcia fabulas & figmenta potius q̄ ueritatem ſecuta tantope celebrare cōtēdit. Theſeus & Peritheus opas mutuas

altera tua illū dextra traheret:& illa ut ſacroſanctus eē uellet exigeret. Tu exiliū īdiceres : adeo blādo uteris īperio qđ ís ſupplicium honori prætulit: admirabile ē opus tuū : ſed quod ſequitur aliquanto laudabilius .

r Ecognoſce.n.quoſq̄ Volumnii cōſtātē erga amicū ſuū charitatē:ſine ulla reip.iniuria euexeris : q ortus equeſtri loco cōmodo Marcū lucullū familiariter coluiſſet eūq̄ Marcus Antonius qđ Bruti & Caſſii ptes ſecutus fuerat:interemiſſet:in magna fugiēdi licētia exanimi amico adheſit.hucuſq̄ ī lachrymas gemitus profuſus:ut nimia pietate cām ſibi mortis arceſſeret.nā pp̄ præcipuā & perſeuerantē lamentationē ad Antoniū pertractus ē : cuius poſtquā in conſpectu ſtetit.Iube me inqt īperator ,ptinus ad Luculi corpus ductū occidi. Neq̄ enī abſumpto illo ſupeſſe debeo : cū ei īfœlicis militiæ auctor extiterim . Quid hac fidelius beniuolentia? mortē amici hoſtis odio leuauit:uitā ſuam cōſilii crimine aſtrinxit:quoq̄ illū miſerabiliorem redderet.ſe fecit inuiſiorē:nec difficiles Antonii aures habuit:ductuſq̄ quo uoluerat . Luculli dextrā auide oſculatus.Caput qđ abſciſſum iacebat ſublatū pectori ſuo applicauit:ac deinde demiſſā ceruicem uictoris gladio præbuit.

De Theſeo & Pirithoo.

I Oquatur Græcia nephādis Theſea pirithoi amori

inter se fore: si quid aduersi contigisset promiserant: & cum perithous Theseo affuisset in raptu Helenæ quæ una cũ reliquis uirginibus palæstrã exercebat: Theseus quoq; perithoũ ad inferos tendentem: ut Proserpinã quã pluto adduxerat eximeret prosecutus est. Pluto illos hospitio susceptos ĩ carcerẽ subito deduci iussit & perithoũ cerbero deuorandũ obiecit. Deinde cũ iussu euristei Hercules ditem adiuisset: & cerbeꝝ ex orco euexit: & a patruo impetratũ Theseũ carcere liberauit: sed hoc secundum fabulã: historia aũt est talis. Pluto indiæ & ethiopiæ rex fuit. Et qm̃ Ethiopes colorẽ nigrũ ducũt ideo orci rex fuisse creditur. Ad hunc cum Theseus & Perithous ueniissent benigne suscepti sunt hospitio procedente: deinde tẽpore perithous amore Proserpinæ ditis uxoris incẽsus de illa abducenda consiliũ inierat: q̃ cum innotuisset Plutoni statim perithoum necari & Theseum ĩ uinculis seruari præcepit: canem etiam regiæ suæ custodẽ sæuissimũ habuit Pluto: deide cũ ad ipsum Hercules accessisset & canem dono obtinuit: & similiter Theseũ e publica custodia liberari facile impetrauit. Nephãdis: detestabilibus amoribus q̃ illicitis: nã alterius uxorem Perithous amauit. *Subscribentẽ*: subiungentẽ.

Ditis patris.i. Plutonis. Commisisse: credidisse se orco. Vani.i. homines mendacis est talia narrãt. Stulti: sed hominis stulti est hæc audita credere. Mixtum cruorem: argumentis p̃bat amicitiam Romanoꝝ tam aptã fuisse: ut quiuis facile intelligere ipsam potuerit: Innexa: adiuncta uulnera. Morti mortem inhærentem: ut uolũnium cum Luculo exanimes uidere cõiunctos

Inditia uera.i. uera testimonia.

bus subscribentem Ditis se patris regnis cõmisisse: nã uani est illud narrare. stulti credere: mixtũ cruorẽ amicorũ & uulneribus ĩexa uulnera mortemq; morti inhærentẽ uidere. Hæc sunt uera Romanæ amicitiæ indicia illa gentis ad fingendũ parate mõstro similia mẽdacia.

De Lucio Petronio.

LVcius quoq; Petronius huiusce laudis consortionem merito uendicat: pari.n. inclytæ amicitiæ ausu par gloriæ portio asserenda est: admodũ humili loco natus ad equestrẽ ordinẽ & splendidæ militiæ stipẽdia Publii Celii beneficio puenerat: cui gratũ animum quia in materia læta exhibere non cõtigerat: in ea quã iniquã fortuna esse uoluit: cũ multa fide præstitit: erat ab Octauio consue Placẽtiæ præpositus Celius: qua ciciniõ exercitu capta & senior iã & graui ualitudine affectus: ne in potestatẽ hostiũ ueniret: ad auxiliũ dextræ Petronii confugit: quẽ is ab incepto cõsilio frustra conatus abstrahere: in iisdẽ pseuerãtẽ precibus interemit cædiq; eius suam iũxit: ne eo iacente p̃ quẽ omnia dignitatis incrementa assecutus fuerat superesset. Ita alterius fato uerecundia alterius pietas causã præbuit.

De Seruio Terentio.

Illa mendacia.i. græcorum fictiones sunt potius monstris cõparandæ: q̃ ueritatis admiratione prosequendæ. Gentis ad fing. paratæ.i. græcorum natura mẽdaces sunt & loquaces. Lutius quoq; petronius: dicit petronio posse hanc laudem charitatis attribui: qui cũ multis precibus orantẽ celiũ: ut sibi uitam adimeret: occidisset ne illi a quo multa uirtutis insignia acceperat: superstes foret: in se quoque magnus conuertit. Octauius & cĩna cons. fuere: sed cĩnã rem pu. non ciuiliter sed tyrãnice administrantẽ non passus Octauius facto bonorum ĩpetu ipsum ex urbe deiecit: quo eiecto p̃sidia urbibus cũ senatu præponit. Celium præfectum Placentiæ constituit: sed cũ cina cũ mario coniunctus placẽtiã expugnasset. Celius ne eo potirent rei pu. Hostes Petronium quẽ humili loco natũ ad æquestrem ordinem p̃duxerat: intrepidus adit: orat ut se occidat. Petronius cum illũ ab ĩmani p̃posito amouẽ nequiuisset: celio spiritum adimit: conuersoq; deinde in se gladio illi superstes esse noluit qui argumenta dignitatis multa sibi præstiterat. Consortionem: coniunctionem. Par enim inclitæ amicitiæ.i. tantũ gloriæ meret patronus quãtum ausus est pro amico præstare: nã seipsum interemit. Splẽdidæ militiæ stipẽdia: nã in lauta rei militaris pte situs erat. Cui gratũ aium: bñ inqt ĩ aduersis rebus uolũtatẽ suã erga celiũ declarauit: q̃ in lætis & iocũdis fortũis exhibere nõ potuit. Gratũ aium: pp beneficia q̃ natus fuerat. Læta materia: fœlici iocunda re. Exhibere: p̃stare. In ea. s. materia. Placẽtiæ ciuitas Italiæ. Ciniano.i. cine exercitu. Senior: nã celius iã senex erat: & male habẽs. Dextræ: quæ se occideret. Is Petronius. Ab incepto. idest a proposito: nolebat enim: ut se iuberet occidi: In his: orabat enim ut sibi uitã adimeret. Suam. scilicet necem ne ille qui se tantopere ornauerat superuiueret. Eo.i. celio mortuo. Verecundia: nã ãmissa placẽtia in manus hostiũ puenir erubuit.

Iungendus: Terentius dicit non minus charitatis præstitisse Bruto q̄ Petronius exhibuit Celio: nā & si ei fortuna mortē ademit: tamē q̄tum in se fuit & morti se obiecit: & Brutū ab iminēti piculo liberauit. Decimus Brutus pter Bruti: & Cassii secutus: cū ad se interfectores ab Antonio missos a Mutia q̄ deuictis Bruti & Cassii copiis acie farsalica ipse occupauerat: ut se occiderent. Tugurium quoddā intrauit: ut in latebris tutus uersaret: q̄d' cū irrupissent Antonii milites Terentius: ut Deciū liberaret interfectoribus se obtulit: seq; Deciū eē affirmauit. Furius interfectorum p̄fectus illū ēt in tenebris cognitum in columen dimisit. Brutūq; cuius gr̄a uenerat e tenebris abstrahit ip̄umq; uiuēdi cupidū hortari cœpit: ut sorti animo necem toleraret. Brutus erectus tunc dixisse fert. Iuro q̄ uiuam: paulo deinde post ingeminat uiuā: deinde paulū miratus gladiis ceruicē p̄buit. Ex his constat igit' ipsum uitæ cupidum admodū extitisse. Incepto q̄uis.n.nō cōtigerit mori: tamē propositum illius: nō uanum euentum existimare debemus: nā uoluntas pro facto habet'. Irrito: uano fine.

Estimari: considerari debet ip̄e Terentius. Quantū .i. quātum ad illum pertinuit. Extinctus: quia se telis obiecerat hac spe ut pro Bruto tolleret': & Brutū ab instanti malo leuaret. Qui Decimus Brutus. Ab An. Antōius parta uictoria qui aduersus se sterāt auide prosequebat'. Debitum: obligatum iustæ pœne qa hostis illius fuerat alludit more suo augusto Valerius. Eo. idest in eum locum. Facta: ingressis militibus Antonii. Fideli mendatio. Suffragante: nam obscuritas opitulabatur mendatio Terentii: q brutum se eē asserebat: ut pro illo fideliter moreret'. Trucidādū: obtruncādū. Obiecit: obtulit credēs i umbra se nō posse dignoscier. Furio: furius iste interfector̄ decii præfectus erat. Officium brutianæ ultionis. i. cui data erat p̄uintia ulciscendi Bruti. Fortuna quæ fecerat: ut dignoscerētur in umbra: Ab hoc horrido: in hoc ultiō domesticor̄ exēplo charitatē & amicitiā laudat Lelii cū Scipiōe & Agrippæ cū augusto sanctæ fideliterq; cultā. Dicit āt hos iter se i secūdis rebus amicitiā coluisse: Itaq; dignū eē ut ab supioribus quor̄ charitas mīris miseriis referta fuit: amicitiā reuocet: q̄ in domicilio fœlicitatis collocata: iocūdos amicor̄ affectus iubēs cōmemoret. Lelius ita Scipionē colu isse dī: ut nihil q̄d cōtra fidē cōtra iusiurandū eēt unq̄ ab illo petierit: semp̄q; in eodē charitatis ardor̄ p̄stiterit. Agrippa āt ita augusto cōiunctus fuit: ut & filiā ei in mīimoniū dederit & i administratione regni qcq̄d uoluit facile ipetrarit. Quin ēt cū ad acciū p̄mōtoriū cū An. & Cleopatra dimicarēt. Augustus dext̄ Agrippa sin: st̄ cornu obtiēs pibo auspiciis uictoriā peperūt. Horrido: aspo rigido. s. ul'tu priacis amicitiæ: i q̄ hoies nō mō pseuerāter: sed priaciter usq; ad mortē p̄stiterūt. Vbi. i quo ul'tu horrido. Quo dignior digna.n. ē q̄ potius i lætis & scdis rebus uersēt' amicitia q̄ in tristi & aduersa: cōmemoratōe imoret': qñq̄dē oia plēa sq̄lor̄ cōmūicauimus nūc circa res alacres & nitidas uersemur

Gr̄a: qa Scipio: & Le. maxie se iuicē amauer̄. Honore: magr̄atus magnos assecuti sī. Abundātissimis opibus: hi amicī p̄ncipes rōani & ditissimi fuer̄. Vt Ag. ut Augstus. Orī: o amicitia nascere q̄.

Ab illa sede. s. capitolii cælesti. Vmbris sāctor̄: hoc dicit pp augustū quē mira fidē coluit Agrippa iperatores.n. i Capitolio sedes habuere: sicuti augustū habuisse cōstat: & Scipio orta luce capitolium quottidie petebat: & secretus ibi mīltum morabat': iō cū Ioue colloqum habuisse credit'. Vmbris sanctorum: uel augusti quem pro deo collebant. uel Scipiōis q deor̄ colloqo utebatur. Decime Leli q Scipionem amicum habuisti: q princeps & duces romani facile superauit. Illinc: ex altera parte

i Vngendus est Petronio Seruius Terentius: quan quā ei sicut cupierat p̄ amico suo perire nō cōti git: incepto nanq; egregio opere non irrito euentu æsti mari debet: quia quantū in illo fuit & ipse extinctus ē: &. D. Brutus piculū euasit mortis: q fugiens a Muti na ut ad se interficiendū ab Antonio missos equites ad uēisse cognouit quodam in loco iustæ pœne debitum spiritum tenebris furari conabatur: eoq; iam facta irruptione: Terentius fideli mendatio obscuritate ipsa suffragāte Brutum se esse simulauit: & corpus suum trucidandum equitibus obiecit: Verum cognitus a Furio cui brutianæ ultionis officium mādatum fuerat: nece sua amici supplicium discutere non potuit: sic inuitus fortuna cogente uixit.

De Decimo Lelio &. M. Agrippa:

a B hoc horrido & tristi p̄tinacis amicitiæ ad lætū .& serenum uultū trāseamus atq; inde eā euocatā ubi omnia lachrymis gēitu: cedibus fuerāt referta: ī eo quo digniore ē fœlicitatis dōicilio collocēus gr̄a honor̄ abūdātissimisq; opibus. Fulgente orire igit' ab illa quæ sanctor̄ umbris dicata eē credit' sede: hīc D. Lelii illinc.

M. Agrippa: qui auguſtum coluiſti: qui etiam aliqd amplius cõſecutus eſt: q̃ Iulius Cæſar eius pater Cæſar. n. poſt mortẽ in numer̃ deor̃ eſt tranſlatus: ſed auguſto uiuo Romani aras dicauerunt. Alter: tu o Agrippa. Deor̃. ſ. maximũ Auguſtũ. Sortiti. i. cũ ſorte uobis obtigerint, ptrahit & cætera Totũ beatæ. turbæ gregem. i. multitudinẽ omnẽ amicor̃: q integre & fideliter in amicitia pſtiterũt: uobiſcũ in ſplendorẽ ducite. Beatæ turbæ: beatos illos q amicitiã coluere nominat. Stipendia ueneranda: ac ſi diceret amicitiæ militiam. Sincere fidei incorrupæ amicitiæ. Honuſtus. i. ornatus grex. Peregit: pfecit. Veſtros. n. conſtantes animos: nunc dicit cũ poſteri intelligent quæ uos p amicis exhibueritis: libentius & ſanctius amicitiæ uincula colere nõ dubitabunt. Cõſtantes animos: nã incœptam amicitiã nunquã ſpræuiſtis. Strẽua miniſteria: quæ alter pro altero exhibuiſtis. Taciturnitatẽ inexpugnabilem: in continendis archanis q̃ inuicẽ cõicabat. Excubationẽ: continuã attentionẽ quæ pro ornando & tutãdo amico aſſidue excubabat. Vberrimos fructus quos inuicẽ carpebatis: cũ alius alius alum ope adiuuaret aut leniter. Poſterior ætas. i. qui poſt nos naſcituri ſunt. Erit opata. i. operã dabit in ſeruãdo iure amicitiæ his rebus quæ uos geſſiſtis accenſa. Heret animus: nõ poſſum inqt Valerius pœne: a Romanis exẽplis diſcedere: ſed ſplẽdor & fides ro. alienis benefactis non inuidens me hortatur ne exteror̃ charitatẽ ſub ſilẽtio prætream. Cãdor: ſplendor & fides Romana. Damon & Pythias: hi ãbo famii: & Pytagoræ famii diſcipuli fuere: q cũ ſyracuſis degerent alter ipſor̃ in ſeditionis: & proditionis ſuſpitionem Dionyſii uenit. Et cum tyrãnus ſupplicium de eo ſumere uellet impetrauit: ut ad diſponendas res ſuas ante ſupplicium domũ proficiſceretur ſi fideiuſſorem quoad rediret dibyſio tradidiſſet. Alter cum hoc intellexiſſet regi ſe offerre non dubitauit ut in uinculis haberetur quoad amicus ſuus rediret. Itaque alter e carcere liberat. Alter i uincula cõicitur. Sed cũ die ſtatuta nõ adeſſet q domũ pfectus fuerat: q in uiculis erat ab omnibus temerarius fuiſſe prædicabatur quod capitis periculum etiam pro amico ſubiuiſſet: ille autem nihil de amici conſtantia ſe ambigere prædicabat. Sed cum ſtatuta hora qui relaxatus fuerat rediuiſſet admiratus Dionyſius horam tam præſtantem beniuolentiam & reum inſontem atq; tutũ dimiſit: & ut ſe tertium in ſuum ſodalitium reciperent magnopere orauit. Initiati ſacris ſcientiæ dicati enim erant præceptis Pythagoræ famii. Interficere: crimine proditionis. Tempus nã ſe prius ſuos uiſere uelle dicebat. Vadem: ſpõſorẽ fideiuſſorẽ. Pro reditu eius. i. quoad ſocius ſuus rediret. Gladio: nã ipſum obtrũcari facere uolebat. Cui ſecuro. i. ille cui: nã q in loco tuto uerſabat' piculũ mortis p amico ſubiit in quo dignoſcitur quãta fuerit uis amicitiæ iter eos. In primis. i. præter omnes Dionyſius admiratus eſt. Nouæ: nũquã uiſæ: ut alter pro altero morti ſe dedicaret: ul' nouæ qa ille i ſimili amicitia nũquam fuerat uerſatus. Ancipitis dubie: dubium eni erat rediret ille: nec ne

M. Agrippa alterum uirorũ: alterum deorũ maximũ amicum & certa mente & ſecundis omnibus ſortiti: totumq; beatæ turbæ gregẽ qui ueſtro ductu ueneranda ſincere fidei ſtipendia laudibus & præmiis onuſtus peregit in lucem uobiſcũ protrahite: ueſtros enim conſtãtes animos. ueſtra ſtrenua miniſteria: ueſtram inexpugnabilẽ taciturnitatẽ: proq; dignitate & ſalute amicor̃ perpetuam excubationẽ teſtatiorẽ beniuolentiã & rurſus har̃ rer̃ uberrimos fructus poſterior intuens ætas in excolẽdo iure amicitiæ q̃ libentius: quã etiã religioſius erat opata. Hæret animus in domeſticis: ſed aliena quoque benefacta referre romanæ urbis candor hortatur.

Externa.

d Amon & Pythias pythagoricæ prudentiæ ſacris iniciati: tã fidelẽ iter ſe amicitiã iniũxerũt ut quo modo alterũ ex his Dionyſius ſyracuſanus interficere uellet atq; his tẽpus ab eo quo priuſquã piret domum profectus res ſuas ordinaret: impetrauiſſet: alter uadẽ ſe pro reditu eius tyrãno dare non dubitauit: ſolutus erat periculo mortis qui mõ gladio ceruices ſubiectas habuerat: eidẽq; caput ſuũ ſubiecerat cui ſecuro uiuer̃ licebat. Igit' oẽs & i p̃ms Dionyſius nouæ atq; ãcipitis nec rei exitum ſpeculabant'. Appropĩquante deinde finita die: illo redeunte: unuſquiſq; ſtultitiæ tã temerarium ſpõſorem dãnabat. At is nihil ſe de amici cõſtãtia

Appropinquante finita die. i. inſtanti ſtatuta die. Temerariũ. i. inconſideratũ. Dãnabat ſtultitiæ

ideſt ſtultum prædicabat. Prædicabat.i. affirmabat qui in cuſtodia ſeruabatur. Eodem momento ideſt poncto. Qui eã acceperat.i. ille domũ profectus qui horã illã accepetat. Remiſit ſuppliciũ fidei.i. tã fideli amico uitam pepcit. Inſuper: præterq; ſuppliciũ remiſit. Eos: Damonẽ & Pythiã.

Tertium gradũ ſodalici: terrius.n. eſſe uolebat in ea tã ſancta amicitia. Culturũ: obſeruaturum tertium gradum. Vltima beniaolentia: uſque ad mortem duratura. Haſcinæ uires amicitiæ. Laudat Valerius hanc amicitiæ uim: quã ideo poteſtati deorum ſimilem eſſe ait: quia & feros domat animos & uitæ cupiditatem nõ nullis aufert: ſæpe etiam beneficium propœna exhibere coegit. Contẽptũ mortis: ut Terentius q ſe p amici ſalute morti obiciebat. Dulcedinẽ uite extinguente: ut lutius petronius & alii qui pro amicis occubuerunt: & unũ ex altero ꝓcedit: nam qui uitam contemnit: mortis pœnas nõ phoreſcit. Crudelitatẽ: ſicuti damon & Pythias Dioyſii ſæuitiam domuerunt. Odiũ in amorẽ conuertere. Dionyſius.n. quos morti deſtinauerat paulopoſt orare cœpit ut ſe in ipſorum amicitiã admitterẽt. Pœnam beneficio ut idem Dionyſius mortẽ dimiſit fidei amicitiæ damonis & Pythiæ. Beneficio: cũ ſupplendũ eſt. Quibus: uiribus amicitiæ.

Publica ſalus: nam dii oĩum ſalutẽ tutant. Atq; ut illaꝝ ædes: oſtendit non minus uenerandas eſſe uires amicitiæ q̃ deos ipſos. Dii.n. tẽpla habẽt ſacra: ſed amicitiæ ſedes in hominum fidis pectoribus diuĩo ſpiritu plenis cõſiſtit. Tẽpla: ubi coluntur ergo cũ in ſacris ædibus deoꝝ cerimoniæ colantur: uires aũt amicitiæ in fidis pectoribus ſeruent: pari ĩ honoꝝ ferme eſſe debẽt. Quod ita eſſe.i. tantã eſſe amicitiæ uim

metuere prædicabat: eodem autem momento: & hora a Dionyſio conſtituta qui eam acceperat: ſuperuenit: admiratus amborum animum tyrannus ſupplicium fidei remiſit. Inſuperq; eos rogauit: ut ſe in ſocietatem amicitiæ tertium ſodalitii gradum ultima culturũ beniuolentia reciperẽt haſcine ſane uires amicitiæ mortis contemptũ ĩ generare: uitæ dulcedinẽ extinguere: crudelitatem manſuefacere: odium in maiorem conuertere: pœnam beneficio penſare potuerunt: quibus pœne tantum uenerationis: quantum deorum immortaliũ cerimoniis debebatur. Illis publica ſalus: iis priuata cõtinet: atq; ut illoꝝ ædes ſacra dõicilia: haꝝ fida homiñ pectora quaſi quodã ſãcto ſpiritu referta tẽpla ſũt.

q Vod ita eſſe rex Alexander ſenſit Darii caſtris: in quibus omnes neceſſarii eius erãt: potitus. Epheſtione gratiſſimo ſibi latus ſuum tangere ad eos allo quendos uenit cuius aduentu mater Darii recreata: humi proſtratum caput erexit. Epheſtionemque quia & ſtatura & forma præſtabat more perſarum adulata tã quam Alexandrum ſalutauit admonita deinde erroris per ſummam trepidationem excuſationis uerba quærebat: cui Alexãder nihil eſt inquit: quod hoc nomine confundaris: nam & hic Alexander eſt utri prius gratulemur: qui hoc dicere uoluit: an cui audire contigit maximi enim animi rex etiam totum terraꝝ orbẽ: aut

Alexander: rex macædonum.

Epheſtion alexandri Regis.

Senſit: intellexit. Declarat hoc loco quantum Alexander epheſtionem principem unum e macedonibus apud ſe ualere paſſus ſit. Cum enim captis caſtris Darii: ipſumq; fugato neceſſarios ferme omnes darii: inter quos matrem uxorem & liberos cœpiſſet. Alexander ſolo epheſtione aſſociatus ad uiſendas regias matres iter direxit: Cui Darii mater obuiam prodiit: & cum more perſico humi proſtrata epheſtionem loco Alexãdri coluiſſet a circunſtantibus erroris admonita quaſi Alexandrum grauius offendiſſet ſupplici atq; humili uoce tremebunda ueniam petiit. Tunc Alexander ne timeas inquit mulier Alexãdrum enim ſalutaſti: & ita ſignificauit epheſtionem eſſe alium Alexandrum. ideſt ſeipſum. Epheſtionem: tantũ hunc dilexit: ut nunquam fere ſine illo incederet. Mater Darii: nomine ſicambis. Recreata: refocilata: primo enim humi proſtrata iacebat captiuitatem conquerens: ſed intelligens tantum regem ad ſe uiſendam ueniſſe dolore leuata eſt. Præſtabat: præſtãtior erat. Statura: quia procerus erat:

Sicabis Darij mr.

Tanquam Alex. quia non aliter ſalutauit epheſtionem: ac ſi fuiſſet Alexander: Admonita: ab his qui circunſteterant. Erroris: eo ꝙ non regem: ſed epheſtionem ſalutaſſet. Excuſationis: accurate enim ſe excuſare cupiebat. Confundaris: perturberis. Hic eſt ideſt alter ego. Vtri prius. In dubium trahitur cui gratius fuerit dicenti alexando an epheſtioni illa uerba audienti. Qui hoc ideſt alexandro. Nam quod dixit: non niſi a liberalitate: & animi magnitudine prouenit. An cui ideſt epheſtioni cui inoteſcere poterat quantum ab alexandro æſtimaretur cui tantum attribuebat.

Victoriis:quē orbē uicēdo optīuerat. Spe:si qd debellādū reſtaſſt ut italia q̄ ñ attigerat. Septitus ideſt ſe diuiſit:nā dimidiū ſui erat epheſtio. O donū:p exclamationē hāc ābox amicitiā āplificat.

Specioſū:pſchx tā dāti q̄ accipiēti:p̄clarus tñ ē bñficiū daſ q̄ accipe:nā q dat eū cui dat obligatū reddit. Quid hoc exēplo claudit hoc capitulū:īquo tractauit de hisq ītegr & ſāctæ aīcitiā coluer agēs d ſua & vi.Pō.charitate ſūma & ſigl'ari neceſſitudie ſibi deiūcti. Clariſſimi:nobilitate:hōribꝫ rebuſq; geſtis.ſ.pōpei. Prōptiſſimā:p̄nā erga me beniuolētiā. Nec.m.ñ.n.uereor abſurdū uideat'ſi me pō peiū ad ſil'itudinē alexādri eē dixero. Ne.p.c.i.paꝛ cōuēiēs ſit: Inſtar ad ſil'itudinē:ut quēadmodū Ale.dixit epheſtionem ſe eſſe ita ego pōpeiū me eē ſignificauero. Ego.u.uiderer inqt eē ñ mediocriter accuſādus ſi Pōpei mētionē ñ facerē cū alioꝛ aīcitiā itē ſe fideliter cultā attigeri. Obnoxius:obligatus. Cuius ī a.ſtatus uitæ & ī lætis & ī aduerſis rebus ab ip̄o ē ita hītus ac ſi mihi pens extitiſſet. In a.quē erga me ſēp p̄ſtitit. Lætior: iucūdior ſtatus.

Vigit floruit: & pl's dignitatis obtīuit. Vltro.o. ñ obſtabat:ut ea peterē q̄ ad me ornādū ſpectarēt. Tutior a.c.ſ.i.ſecurior cōtra aduerſa pmāſi Studia.n.i.dignitatis fauoꝛs. Ductu.&.a.ſ.ita diē ac ſi fuiſſet ip̄ator. Itaq;.p.ī.q. hic Val.q̄dā cōq̄ſtionē faē cōtra īuidos:& d̄tractores ſuos:q maxīe lætabāt:q; Val.tāto aīco p̄uatus eēt q̄tus erga ſe fuerat Pom. orat ēt ut q pōpei morte læti ſt: ita p̄priis calamitatibꝫ p̄māt ne aliēis icōmōis īſultēt. Paui:facia ui expleui qa talē iacturā feci: ui debāt.n.plærīq; q; Val.tā cōi pō peio ueteret. Iactura:amiſſione Pōpei. Videlicet.i.ſ.hoc faciebāt qa ego alios ab illius familiaritate amouerē. Nō.m.m.rñdet nō cā mea mihi īuidebāt:nā gr̄am q̄ omnē apd illū obtiebā cū illis lībētē cōmūicabā. Quātacūq; magna īqt erat gr̄a mea:ſed tñ omnē cū illis diuidebā. Partitus:cōmunicaui. Veꝛ.n.t.m.f.non īqt ille īuidiorū cāæ erāt:nā nulla tā modeſte ſeruit' fœlicitas:q̄ a morſu maliuoloꝛ tuta eē poſſit. Maligni tatis.ī.maliuoloꝛ. Dētes:obtrectationē. Et.q.ſ.& quo receptaculo:quo loco ſepato & ſecreto maliuolos uitabis:aut qbus iſignibus calamitatis illos mitigare poteris:ne ip̄i alioꝛ iacturas ſuas putent fœlicitates? Seceſſu:ſepato loco & ſecreto. Quoſdā:inuidos obtrectatores. Infulis: iſignibus miſeriæ tranſlatio a ſacerdotibus tracta q tali iſigni ornāt:quo uenerabiliores ſint & facilius qcqd uelint ipetrēt hoc ornatu miſſi ſūt ad coriolanū ut eū quē neq; ciues neq; p̄tia m'cer poterāt ip̄i ſacerdotes īfulſis tecti capita ab rōana obſidiōe amouerēt. Permſſeris:mitigaueris. Peride.a.i.tanq̄. Lætent: aīo. Geſtiāt:geſtu ēt corpis læticiā ſignificēt. Diuites.ſ.a.i.nā q̄tū alii pdūt tantū ipſi ſe lucrari exiſtimāt. Locupletes.c.i.cū alios ī calāitatibꝫ uerſari aſpexerīt:ſe tūc fortūatos iudicāt. Imortales.ſ.alioꝛ morte ſibi credūt immortalitatē tribui. Sed illi quos:aliēis icōmōis fortūa īqt q̄ mortaliū uices alternat & uariat:cū ſit īſolētiæ iuſta ultrix ſit quouſq; patit' illos exptes iacturæ:alioꝛ calāitatibꝫ lætari. Quatēus quouſq;. Exptes ſuoꝛ ſiñ pte icōmodoꝛ ſuoꝛ. Inſultēt p cauillationē irrideāt. Inſolētiæ arrogātiæ petulātiæ. Varietas.i.fortūæ cōditio q̄ hūanas res uariat p animi ſui libidīe. Nūm opꝛ: nūc Val.a digreſſiōe q̄ pietate q̄dā fecerat dic̄ ſe uelle ad p̄poſitū ſuæ mētis redīr ut p̄ſtantium uiroꝛ

uictoriis:aut ſpe cōplexus tā paucis uerbis ſe & ip̄um cum comite ſuo partitus eſt. O donum īclitæ uocis dāti pariter atq; accipienti ſpecioſum. De Pompeio.

q Vod p̄uatim quoq; merito ueneror clariſſimi :ac deſertiſſimi uiri pr̄optiſſimā erga me beniuolētiā exptus nec merito ne paꝛ cōueniat mihi Pōpeiū meū īſtar eſſe Alexādri:quū illi Epheſtio uſus ſuus alter fuerit Alexāder Ego uero g̃uiſſimo crimini ſū obnoxius cōſtātis & bēignæ aīcitiæ exēpla:ſine ulla eius mētiōe trāſgreſſus cuius ī aīo uelut ī pentū amātiſſimorū pectoꝛ letior uitæ meæ ſtatus uiguit triſtior acqeuit a quo omnium incrementa cōmodorum ultro oblata cœpī: per quem tutior aduerſus caſus ſteti qui cuſtodia mea ductu & auſpiciis ſuis lucidiora & alacriora r̄ddidit. Itaq; paui īuidiā quorūdā optimi amici iactura uidelicet qa fructu torſerā nō q̄dā meo merito gratiā meā q̄tacūq; cū his fuit q ea uti uoluerāt p̄titus:ueꝛ nulla tā modeſta fœlicitas eſt: q̄ malignitatis dētes uitari poſſit: & quo ſeceſſu quoſdā fugeras aut qbus īfuſis miſericordiæ p̄mulſeris ñ cohibebis:ne ut aliēis malis perīde ac bōis ſuis lætēt ac geſtiāt diuites ſūt alioꝛ iacturis:locupletes calāitatibus: īmortales fūeribus: ſed illi quatenus.aliēis incōmōis ſuorū adhuc exptes īſultēt. Optīa uindex īſolentiæ uarietas humānæ conditōnis uiderit.

De liberalitate. Capitulū octauū.

m Onſtrū opus pio egreſſu a p̄priā rē p̄uectā

exẽpla connũeret. Et ita ad liberalitatẽ trãsit: q̃ oñdit ꝓbabilẽ esse cũ dignis atq; ꝓbis beneficia pstãus & cũ hõesta & legitia bñiuolẽtia nos liberales eẽ cogit. Ad ꝓpriã rẽ. i. ꝓuatã q̃ ad me spectat. In ordinẽ ut ꝓpositũ nr̃um seruemus illustriũ uiroꝝ ꝓcepta & exẽpla narrãdo. Duo s.m. dicit duo ꝓcipue ꝓncipia liberalitatẽ hr̃e. Veꝝ i. ut i eos liberales simus q de nobis benemeriti fũt. Honesta b.ne turpitudis gr̃a qd̃ amatoribus: & ꝓcis cõtingit beneficiis sumus: sed honesta q̃dã cõne inducti beneficia pstemus. Ab his. s. uero iudicio & honesta beniuolẽtia. Rõ: stabilitas certitudo constat liberalitati.

Gra. gratitudinis Atticam terram diuersi pagi homines habitabant hos dispersos Theseus in unum coegit: quo melius coalescere posset: neq; solũ ciues suos in unũ cõtraxit: sed etiã patriam suam factis fortiter gestis insignẽ reddidit effecitq; ut per totũ orbẽ terraq; Athẽiẽsiũ fama increbresceret. Ille. n. latrões per diuersas regiones sustulit ille ab cruento minois tributo athẽas liberauit Ille thebaq; insolentiam domitãs extictis ducibus græciæ sepulturam præbuit. Ille gnatis extincti Herculis auxilio affuit. Et tamen inuidia: & obrectatione ciuium suorum in exilium profectus in tyro degẽs patriæ sepulturã ĩi habuit. Cum ergo tot tãq; insignia gesserit: aut nullæ fuissent athenæ: aut multo obscuriores nisi ipse Theseus extitisset. Detrahe: aufer. Nullæ: nisi ille dispersos accolas ĩ unum contraxisset. Nõ tã clare: si nihil ille præclarum gessisset p orbẽ terraq; decantandũ. In suam unam urbem scilicet athẽaq; quæ illius ppria erat. Agresti mare: icultæ uiuẽti sine doctrina sine lege. Amplissimæ athenarum: cuiuslibet doctrinæ disciplina uigentis. Idem. sceua potentissimi regis minois. Androgeus minois filius fortissimus & præstantissimus athleta fuit: & cum iuuenes omnes athenienſium superasset socii illius inuidiam contraxerunt: & illũ in excelsam turrim inuitauerũt: unde omnis urbs circunspici poterat. Ille nil tale suspicans turrim ascendit: & cum in urbis spectaculo intentus esset socii præcipitẽ inde detruserunt & ita extunctus est pater cũ filium in patriam redeuntem nõ cerneret nonnullos e suis athenas misit qui illum ingrerent. Redeũt illi nihil certi minoi nunciantes hoc minos ĩtelligens legatos etiã misit qui athenienſibus bellũ indicerent nisi filium sibi restituerent. Cũ aũt extictum illum athenienses restituere nequirent ingentem exercitum minos parat: primo megaram nisi regis urbem: q sibi negaret auxilia deleuit. Deinde atticũ solũ omne uastauit: postremo athenas obsidere cœpit. Egeius uiribus minois ĩpar pacem petit quam hac lege ĩpetrauit: ut quotanis septena corpora uirorum ĩ alimentum minotauri traderet. Plebs indignata quod hæc clades se tantum præmeret regẽ armati circunsistunt. Impetrantq; ut sorte uiri eligant qui ĩ cretam mittantur ad minotaurum: sors Theseo regis filio contigit qui Arianæ auxilio & minotaurum iteremit & ĩ patriam icolumis euasit. Sed historia hoc habet: nã cum peste præmerẽtur athenæ: apollo dixit opus esse ad extinguendam hanc luem: ut septem uiros in cretam mitterent: qui adplacandas ĩferias Androgei imolarentur. Itaq; eo cum aliis Theseus profectus: ita contigit: ut ludo q a minoe celebrabatur superior ipse Theseus euaderet. Aridanæ regis filia & forma & uirtute Thesei capta: accepta ingenti pecunia & naui una cum Theseo fugam petit. Ille nãque promiserat: illam sui fore coniugem & Fœdram sororem Hypolito daturum in uxorem. Sceua imperia: crudelia eo quod sanguinolenta forent. Vix dum ætate pubes. ideſt uix xiiii. annorũ. Idẽ effrenatã thebaq;

Androgeus

Megara nisi urbs.

lacedæmon gẽuit: utpote cui Apollo pythius oraculũ petenti respondisse fertur: nescire se utrũ illum hominum an deoq; numero aggregaret. huic tamen neq; uitæ summa sinceritas: neq; constantissimus erga patriã amor: neq; leges salubriter excogitatæ auxilio esse potuerunt: quo minus infestos ciues experiretur: sæpe. n. lapidibus petitus aliquãdo eiectus publico furore etiã priuatus oculo ad ultimũ ipsa patria pulsus est. Quid aliæ facient urbes etiã ubi illa quæ constãtiæ & moderationis & grauitatis sibi laudem eximiam uẽdicat: tam ingrata aduersus tã benemeritum extitit.

De Theseo.

d Etrahe Athenienſibus Thesea nullæ aut nõ tam claræ Athenæ erunt: siquidẽ ille uicatim: dispsos suos in suam unã urbem cõtraxit: separatimq; & agresti more uiuẽti populo amplissimæ ciuitatis formam atq; imaginem imposuit. Idẽ sceua potentissimi regis Minois imperia uix dum ætate pubescente reppulit. Idem effrenatam thebarum insolẽtiam domuit. Idem

insol. Etheocles & phynices œdipi filii ea crudelitate fuerũt qua & pater. Orbato patre cõuenit inter eos ut alternis annis thebis imperarent: & primo etheocli sors cessit. Polynices ad adrastum se argos recepit & desponsata argia regis argiuorum gener efficitur. Exacto annuo imperio regnũ poscit polynices Etheocles se fratri cõcessurum negat. Adrastus coactis ducibus græciæ contra thebas proficiscitur: ibiq; aliquam diu pugnatur. Etheocles & polynices mutuis tandem uulneribus concidũt & ad unum omnibus occisis. Adrastus solus in patriam est reuersus. Creon thebanorum dux substituitur qui & ipse superiorum sæuitiam immitatus extinctis ducibus argiuorum sepulturã denegabat. Cæsorum uxores athenas deuolant: Theseum orant ut suis uiribus insolentiam hanc creõtis ulciscí uelit. Atroci re percitus theseus collectis copiis thebas aggreditur. Vrbem expugnat: occisoque creonte omnibus extictis sepulturam comparauit: quo beneficio & græciam omnem obligauit: & apud omnes gentes laudem acquisiuit. Domuit: occiso creonte. Idem opem liberis Herculis. Occiso Hercule qui ab eo læsi fuerant gnatos eius persequebantur illi athenas confugerunt: quibus Theseus dedit ut templum misericordiæ conderent: quod asillum etiam appellauit: & qui eo confugissent: nulla ui inde poterãt ad supplitium trahi. Monstri: nam cretæ tuarum cœpit quem ĩ marathoniis campis immolauit. Minotaurum etiam occidit. Sceleris: nam sceleratos plærosq; sustulit. Eritionem enim uiarum obsessorem & latronem morte affecit. Sironem qui fauces & angustias montium occupabat eadem pœna: qua ipse cæteros affecit: nam pedes sibi oscularí iussit Theseus. Et cum ille pronus esset per saxa & montem præcipitem dedit: procustem latronem qui lecticas hominis longitudine minores habebat & quicquid superfuisset siue caput: siue pes aut manus extensorum in eis captiuorum resecabat: eadẽ pœna affecit. Etheombem qui ramalia quercus a uertice ad terram flectebat & homines ibi ligatos in auras laxatis ramis emittebat: artem ipsius secutus quasi fundam in aera dimisit. Summoti: expulsi inuidia & obtrectatione. Tyros insula græciæ. Exule minor: Thesei enim magnitudinem non cõtinebat tyros: dignitas namque illius & gloria totum orbem terrarum occupauerat. Mortui Thesei ibi enim sepultus est. Iam solon qui tam præclaras leges. Due ciuitates rerum potitæ. scilicet lacedæmon & athenæ duos legum latores præstantissimos habuere. scilicet lycurgum & solonem: qui ambo ingratum patriæ animum sustinuerunt. Extincto codro nullæ tunc ciuitati athenarum leges erant quia libido regum pro lege habebatur. Ciues solonem eligunt uirum pietate insignem qui uelut nouam ciuitatem legibus conderet: cuius tanta fuit equitas inter plebeios & senatores: ut si quod pro altero ordine tulisset: alteri displiciturum uideretur: ab utrisq; tamen parem gratiam traheret præter leges: hoc quoq; memorandum edidit: cum enim inter Athenienses & megarenses de proprietate salamine prope usque ad interitum armis dimicatũ fuisset & post multas clades capitale esset apud athenienses: siquis legem tulisset de uindicanda insula. Solicitus Solon ne aut tacendo parum reipublicæ consularet aut consulendo periculum ipse incurreret. Subitam amentiã simulat quo liberiore dicendi licentiam haberet. Itaque deformi habitu uecordiam more ĩ publicum euolat. Lapides in orbem pueros imitatus disponere cœpit: facto que ibi concursu hominum: ut magis consilium dissimulet in solitis sibi uersibus suadere populo cœpit quod decreto uetebatur omniumque animos ita accendit ut confestim contra Megarenses arma gererentur insulaque deuictis hostibus athenienſium fieret. Pisistratus insidiis Megarenses: deinde oppressit qui naues conscenderant ut Athenienſium matronas noctu in eleusinis sacris diriperent: paulopost sibi non patriæ uictoriam comparasse existimãs Pisistratus tyrannidẽ per dolum occupaſ contendit. Solon id itelligens aduocata contione propinqui sui cosilium aperit. Senatus qui pisistrato fauebat eũ insanum esse confirmat Solon & fortior & sapientior sum inquit uobis sapientior his qui insidias Pisistrati ignorant. Fortior illis qui sciunt: neque resistere audent Loricam prætera induit & scutum animumque cuiusque hortabatur: ut sequerentur ad opprimendum Pisistratum. Cum autem uerba sua irrita esse animi aduertisset & paulopost Pisistratus patriam in seruitutem redegisset. Solon ĩ ægyptum migrauit: deinde cyprũ post ea ad cresum Lydorum regem confugit: postremo etiam in cyprum reuersus est: ibique moriens ossa sua in insulam salaminam deferri iussit: quæ in illa insula hũi conderentur. Præclaras præstantes leges: totum enim orbem peragrauit in illis inquirendis. Salaminam insulã. Ex propinquo: nam

non longe ab urbe athenienſium ſita erat. Bene egiſſent Athēienſes cum Milciade: præſtantiſſimū fuiſſe imperatorem Milciadem nemo eſt qui dubitet qui cum Darius Perſarum rex bellum Athēienſibus inferret & Hypiam regno Athenienſi pulſum ducem elegiſſet ſexcenta milia i marathonius campis magna fiducia fretus cū decem milibus ſuperauit. Deuictis deinde Artapherne & Ati. eidē ſeptuaginta naues Athenienſes tradunt ut inſulæ quæ defecerant reſtaurarētur. Ex his nonnullas armis nō nullas oratione in amicitiā recipit. Sed cum pharum inſulam oratione conciliare nequiret eam uaſtare cœpit & undique milite cingere admotis etiam machinis urbē expugnare cœpit cūque in eo eſſet ut ciuitas caperet neſcio qua forte ignis i nauibus cōſpicitur: & multe naues in auxilium pharos aduentabant timens Milciades ne paucitas a multitudine ſuparet relicta urbe domū cū magna ciuium indignatione eſt reuerſus timebant enim ciues proditionem. Itaque in expugnatione urbis grauiter confoſſum milciadem damnant qui cum ſe defendere nequiret Sagoras frater pro eo cām dixit & capitis ipum exoluit lis. Illa tamen. lxx. talētis damnata ē cuius ſummam cum ſoluere nullo modo poſſet i carcerem deductus eſt & breui i eo extinctus eſt non eo cōtēti athenienſes funus illius ſepeliri prohibebant magna impietas ne dicam ingratitudo lege cautum eē aſſerentes ne damnatus & mortuus liberari poſſet niſi quiſpiā pro illo aut ſoluiſſet aut uincula ſubiſſet. Cimon illius filius ingenue pietatis ne pater honore ſepulturæ careret ne uīcla illa ſubire nō dubitauit: qui poſtea adultus præſtātiſſimus iperator extitit. Bene. i. proſpere ceſſiſſet milciadi. Deuicta: nam in marathōiis campis perſe deuicti ſunt. Hactenus. i. uſq; ad mortem & hanc neceſſitatem. Immo certe non ſatis exiſtimaret. Sic quaſi dicat tam turpiter. Hanc: tanti ducis filius ex hæreditate paterna hoc ſolum eſt aſſecutus. ſ. carcerem & uicula quæ pro patre ſubiuit. Secuiſſe tenuiſſe: nam ſecare eſt proprietatem poſſeſſionis eius qui illam alienauit tenere. Vnde ſectores rerū quæ ſub haſta uendunt emptores dicuntur: quod. n. alterius fuerat id ipſi poſſident. Ariſtides etiam quo totius græciæ: Ariſtides ꝙ præter modum iuſtus eſſet patria pulſus eſt: nam eius equitē & modeſtiam libertati ſuæ Athenienſes periculoſam fore exiſtimabant. Et ita ipſum exoſtratizarunt: exoſtratizare eſt quodam decreto damnare. Oſtracum. n. ideſt teſtam ſumebant lateritiā athenienſes & ſi quē damnare uolebant in ea ſcribebant: ſed ſi indignus uideretur damnari nihil in ea pingebāt. In hac aūt dānatiōe aderat Ariſtides q apud quēdā ciuē ſedēs iterrogat eū qd nā fecit Ariſtides cur ipſum dānare ſtudeāt: cui ille nō noui hominē cur igitur illum damnas? Iterum iterrogat Ariſtides: nā in teſta. ciuis ille ſcribebat. Reſpondit ille: hoc idem cæteri faciunt: pulſus ergo: Ariſtides hoc decreto exilium petiuit. Cenſetur: eſtimatur: nam omnem græciæ iuſticiam continuit. Eximium ſpecimen: ſingulare experimentum continētiæ poſt enim magnarum rerum adminiſtrationē pauper adeo mortuus eſt: ut neceſſe fuerit dotes ex publico uirginibus ſuis errogari. Excedere: diſcedere. Fœlices athēas: fœlices athenienſes appellat ꝙ poſt tanti uiri tāque iuſti damnationem qui ſecum ſanctitatem ipſam tulerat aliquem reperire potuerint qui reipublicæ curam ſuſciperet. Illius Ariſtidis.

ſempiternum habituri fuerīt imperium qui ſalamina uelut hoſtilē arcem ex propinquo ſaluti eorum immi nentem recuperauit qui piſiſtrati tyrannidem primus uidit orientem: & ſolus armis opprimi debere: palam dictitare auſus eſt ſenectutem. Cypri profugus exegit: neq; ei i patria de qua optime meruerat hūani cōtīgit.

De Milciade.

b Ene egiſſent Athenienſes cum Milciade: ſi eum poſt trecenta milia perſarum Marathōæ deuicta in exilium protinus miſſiſſent: ac non in carcere & uinculis mori coegiſſēt: utputo hactenus ſæuire aduerſus optime meritum abunde duxerunt. Immo ne corpus quidem eius ſic expirare coacti ſepulturæ prius mandari paſſi ſunt quam filius eius Cimō eiuſdem uinculis ſe conſtringendum traderet: hanc hæreditatē paternā maximi ducis filius & futuris ipſe ætatis ſuæ dux maximus ſolā ſecīuiſſe cathēas & carcerē gloriari potuit.

De Ariſtide.

a Riſtides etiam quo totius græciæ iuſtitia cenſetur continentiæ quoq; eximiū ſpeciī pria iuſſus excedeī ē fœlicis athēas quē poſt illius exiliū īueniī aliquē aut

Virum bonum.nam ipſe ſanctitatem abduxerat.. Amantem ſui propter igratitudinem qua erga benemeritum fuerat uſa Themiſtocles eorum q igratam admouerat themiſtocles marathoniã uictoriam non finem belli ſed cauſam maioris prælii fore. Ducentas itaq; naues athẽiẽſes fabricauerũr. Et illum opinio ſua non fefellit:nam xerſes infinita multitu. græciã occupare contendit.in cuius aduentu urbẽ reliquentes. Athenienſes ibellem multitudinem die ſalaminã mittunt:& quia ab apolline acceperant ut ſalutem muris ligneis quærerent opes omnes in conſtruendis nauibus impendunt. naues aſcendunt reliquæ ciuitates athenienſiũ exemplum ſecute i unum congregantur. Sed cum ſalaminii freti ãguſtias occupaſſent:ne a multitudine perſarum qui decies centena milia nauiũ: duxerant circunueniri poſſent: diſſenſio inter principes græciæ oritur.nam unuſqſq; ad ſua mœnia tutanda proficiſci itẽdebat.

uirũ bonum aut amãte ſui ciuẽ potuerunt: cum quo tunc ipſa ſanctitas migrauit.

De Themiſtocle.

t Hemiſtocles eorũ qui ingratam patriam experti ſũt celeberrimũ exemplum: quom illam incolumẽ claram:opulentam:principem græciæ reddidiſſet. eo uſq; ſenſit inimicam:ut ad xerſis quem pauloante deſtruxerat:non debitam ſibi miſericordiam perfugere neceſſe haberet.

De Phocione.

p Hociõ uero his dotibus q̃ ad pariẽdũ hoĩem potentiſſimæ iudicantur: Clæmẽtia & liberalitate

Timens themiſtocles ne diſceſſu ſociorum uires minuerentur perfidum ſeruũ xerſi nunciat: facile eſſe contractam unum in locum græciam capi poſſe ſi prælium iniat q̃ ſi principes qui iã abire uellet diſſipentur maiore labore ei ſingulos conſectãdos eſſe dicebat hoc dolo impellit regem ſignum pugnæ dare pricipes iam aduentu hoſtium occupati pugnam laceſcunt.Ioues in ipſo prælio antea a themiſtocle ſollicitati a rege xerſe deficiunt. Quæ res animos hoſtium fregit.fugamq; capere coacti facile ſuperantur.In ea trepidatione multæ naues captæ multæ ſubmerſe ſunt.xerſes dubius quodnam conſilium caperet ab mardonio admonitus in patriã redire præparat relicta tamen magna parte exercitus ſibi qua græciam omnem uaſtaret.Et cum pontem quem mari fecerat græci rumpere deliberaſſent ut aut deleretur aut pacẽ peteret cogeretur. Themiſtocles regem admonet ut fugam acceleret qui abylon cum paucis profectus piſcatoria naui ſolus in patriam ſe recepit.Interim in græcia mardonius olympum expugnat athenienſeſq; in ſpeciæ pacis amicitiãq; ſollicitat.q̃ ubi non datur incendio omnia uaſtat.deinde in boetiam copias traducit. quem.C.Milium græcorum exercitus inſecutus eſt.Ibiq; pugna atrox commititur ſed tandem ſuperiores fuere græci. Caſtra opulentia regiarum opum referta capiuntur.Auro iter ſe partito & ſpoliis athenienſes & gloriam belli & præmia conſecuti urbẽ:quam perſe ſolo adequauerant.deintegro cõdere moliuntur.Et cum maiora mœnia quæ antea habuiſſent complecterentur lacedæmoniis ſuſpecti cœpunt eſſe.rectæ putantibus:quibus ruina urbis tm̃ incremẽti dediſſe quãtũ ſit datura munita urbs:legatos igitur mittunt qui monerẽt ne munimenta hoſtibus & receptacula futuri belli extruãt. Themiſtocles ut uidit ſpei urbis inuideri nõ exſtimãs abrupte agãdum reſpondit legatos ſe miſuroſ lacedæmona q̃ de ea re pariter cum illis conſulant ſic dimiſſis ſptanis hortat ſuos ut opuſ maturẽt.Interiecto de tpe ipſe i legationẽ,pficiſcit & nũc in itinere ifirmitate ſimulata:nũc collegarũ tarditatẽ accuſãs.ſine q̃bus agi nihil poſſet diẽ ð die,pferẽdo ſpaciũ cõſumãdo operi q̃rebat.Interi nũciat lacedæmoniis opus athenis maturari,ppter qð legatos denuo mittũt ad iſpiciẽdã rẽ.Tũ themiſtocles magiſtratibus p ſeruũ nũciat. ut lacedæmõioꝝ legatos uinciãt.pignuſq; teneãt ne i ſe grauius conſulatur. Adiit deide cõtionẽ lacedæmõioꝝ nũciat pmunitas athenas ee & iã illatũ bellũ nõ armis tm̃ ſed muris etiã poſſe ſuſtinere ſi quid ob eã rem de ſe crudelius ſtatuerẽt legatos eorũ athenis in hoc pignus tenẽtos. Grauiter deinde eos caſtigauit q̃ non uirtute ſed ſociorum ibecilitate ſibi potentiã quærerẽt. Sic dimiſſus ueluti triũphans a ciuibus ſuis excipitur paulopoſt inuidia ciuiũ & tyrãnidis ſuſpitione coactus eſt ad xerſem ſupplex confugere quẽ pauloante ſuperauerat.Eiq; cũ promiſiſſet daturũ operã ut totius græciæ potiretur.rex neq; id perficere poſſet aut nollet patriæ memor tauri ſanguinem hauſit.quem uim ueneni habere conſtat Et ita extinctus eſt Opulẽtam ſpoliis hoſtiũ. Non debitã ſibi.nam ab eo miſericordiam mereri non debuerat quem pauloante fugauerat cui ẽt tãtũ cladis intulerat. Phociõ uero his dotibus Phocioni clæmentia & munificentia ornato atheniẽſes igratitudinẽ ſignificarũt:cũ ẽt extictũ illũ urbe:& finibus p̃uarũt.Cõtigit ut duæ eſſẽt urbis factiones:una quidem plebis altera primatũ iter quos phocion fuit & demetrius. Vtraq; factio apud ptolemæũ regẽ ægipti patronũ habebat plebs polyperconti p̃mates uero Caſſandro fauebant deide cum polypercon.

Caſſandrū regna expuliſſet hoſtes ſuos plebei proſcribūt. Et cū oībus ferre phociō eſſet exōſus eo q̄ Pyreū Alcanori tradidiſſet: apud regē accuſatur qdē uerbo: ſed re apud poly perconte q̄ regis ītimus erat & familiariſſimus. Agnone igit̄ referēte & accuſante capitis dānatur Phocion q̄ athenas in uehiculo tū mittit̄. nā ager pedibus erat ut ſecūdū leges ſuas athenienſes de illo ſuppliciū ſumant. Vndeci uiris tradit̄ q̄ iudicia agebant. ut de illo decernāt. Cōfectis legibus ut ad capitale ſuppliciū trahatur cō feſtim iperant. Cū aūt ad ſuppliciū ꝓficiſceret̄ obuiā habuit. Emphilatū familiarē & amicū cuius hæc fuit horatio. O quā idigna pateris Phociō: At ille uerū ait. ſed ſi inopinata. athenienſes non liberos hoīes ſed ne ſeruos quidē curā illius ſepeliēdi ſuſcipere ſūt paſſi quodq̄ indignum fuit extra fines ſuos delato ſepulturā tradiderūt. His dotibus: bonis animi .ſ. dementia & liberalitate. pariē dū hominē inſtruendū. nihil enī eſt qd̄ magis hoīes cōſtituat quā clæmentia & liberalitas aut magis ornet. Iniiceretur ſuppone retur ut oſſa illa tegeret. Glebulā nimināterræ partē. Optimus ciuis: nā & ciuis fuit ſingulari pietate prædītus & iperator p̄ſtātiſſimus. Quid abeſt igit̄ qn publica demētia nūc in eos iuehit̄ q̄ adeo ingrati extiterunt ut etiā i mortuos ſæuire nō dubitauerīt. Et hoc demētiā potius exiſtimandā eſſe cōfirmat quā furorē publicū cum tā benemeritos ciues nō gloria & p̄mio ſed exilio & ſupplicio affecerit. Quid abeſt: quid deeſt qd obſtat publica dementia quæ ad oēs ſpectet Sūma cōſenſu nullo diſcrepāte.

inſtructiſſimus non tantū in eculeo ab athenienſibus īpoſitus eſt: ſed certe poſt obitū nullā atticæ regiōis q̄ oſſibus eius iniiceretur: glebulā inuenit. Iuſſus extra fines proiici intra quos optimus ciuis uixerat: qd abeſt igitur quin publica clæmētia ſit exiſtimāda ſumo conſeſu maximas uirtutes quaſi grauiſſima delicta punīr beneficiaq̄ iniuriis repēdere: quod cū ubiq̄ tū præcipue Athēis intolerabile uideri debet in qua urbe aduerſus ingratos actio cōſtituta ē: & recte quia dandi & accipiēdi beneficii cōmertiū ſine quo uix uita hominū extat pdit: tollit & qſq̄s bñmerito parem referre gratiā negligit. Quātam ergo repræhenſionē merētur: qui cū eqſſima iura ſed iniquiſſima haberent ingenia: moribus ſuis quam legibus uti maluerunt: Quodſi qua prouidentia deorum effici poſſet: ut excellentiſſimi uiri quorum modo caſus rettuli: legem ingratorum uindicē retinētes patriam ſuam in ius ad aliam ciuitatem pertraherent: nōne ingenioſum & garrulum: populū mutū atq̄ elinguē hac poſtulatione reddidiſſēt diſcordes foci tui paciſq̄ diuidua tuguria: græce facta ſt̄ columē

Maximas uir. maximarū uirtutū uires. Delicta: errata. Beneficia: benefacta ſua. Repēdere: recōpenſare. Quod cū ubiq̄ tum athenis. Vbiq̄ culpādi ſūt īgrati: ſed ī hac urbe potiſſimū ſunt lacerādi. nā leges habebāt ut q̄ ingratus extitiſſet dānari iure poſſet. nec īmerito nā ſi beneficiorū alternationē amoueri humanū genus breui pereat neceſſe eſſe uidet̄. Quod. ſ. beneficia iniuriis repēdere. Actio. i. īgratos. n. agere licebat lege ſolōis. Cōſtituta a ſolone fabricata. Cōmertiū: neceſſitudo: nā ſine mutatiōe beneficii hoīes uix poſſet uitā ducere. Quāta ergo repræhenſiōe. Cōcludēs ait illos maxie culpādos fuiſſe: q cū eqſſima iura ſed naturas & aīos feros haberēt: nihilominus mores ſuos ſeruātes: qd ſibi leges uellēt ū aīaduerterūt. Merētur. i. quāta repḥēſione ſūt lacerandi. Eqſſima iura. ſ. cōtra īgratos: æquū ē. n. ut ingratos dānemus. Legibus: quas ſolon ī augmētū p̄riæ excogitauerat. Quod ſi q̄ puidētia deoꝝ. ſ. iqt hoc dii cōcederēt: ut ab iferis acciri poſſet hii q̄ p̄riæ ſuæ īgratitudinē paſſi ſūt: ut leges cōtra īgratos geſtātes p̄riam ī ius traherēt ad aliā ciuitatē q̄ iniq̄ facta dānare poſſet certe atheniēſes īgenio & eloquētia pollētes: hac ī cā nihil haberēt qd̄ a ſe iudiciū hoc ꝓpulſar poſſēt: muti itaq̄ & confuſi turpiter diſcederent. Prouidentia ac ſi dicerent conceſſione deorum. Legem ingratorum. i. legem quæ īgratos punire concedebat. Vindicem; ultricem. Ingenioſum: nam omnium diſciplinarum auctores extitere athenienſes. Garrulū. mira uolubilitate uerba enuntiant. Horatius grais ingeniū grais ddit ore rotūdo muſa loq. Hac poſtulatione: hac accuſatione ingratitudinis. Diſcordes foci tui paciſq̄. Verba ſunt quæ dicere poſſet theſeus contra patriam ingratā: cū alius alio habitaret nō poteratis atheniēnſes pacē inter uos tolerare quos in unū collectos ego totius græcie p̄ncipes reddidi. Diſcordes diſētiētes foci tui q. n. diuerſis ī locis hītāt plærūq̄ diſcordāt. Tuguria diuidua pacis. tuguria diuiſa & a pace aliēa & orbata pace. Columē. ſuſtēraculū. Lucet marathō. Milciadis uerba athene ñ nobis ī mētē uēit me duce p̄ſas i marathōis cāpis fuiſſe ſupatos. ex qua uictoria ſpolia multa fuiſtis aſſecuti.

Lucet marathō clara eſt & inſignis: Tropheis perſicis: ſpoliis pſarū qui dariū regē habebant. Salamina Solō. q contra leges ſuaſit populo arma capeſcerent cuius etiā hortatu Salamina potiti ſunt athenienſes Vel ſalamīa & arthemiſiū Xerſis naufragia. Ad themiſtoclē referť quo duce atheniē-ſes cū timore Xerſis patria exceſiſſent. Anguſtias maris occuparūt inter ſalaminā & arthemiſium ne a multitudine paucitas ſuperaretur. Et ſuperiores græci multas Xerſis naues ſūmerſerunt. Salamīa īſula. Arthemiſiū oppidum. Perualidis manibus: ad themiſtoclē etiā refertur. nā barbari Xerſis athenas inuaſere cū eas athenienſes reliqſſēt nauibus freti & mœnia atq; edificia ſolo adequarūt. Themiſtocles deuicto Xerſe naualī pugna. & paulopoſt terreſtri bello Mardōio ſupato. operā dedit ut ampliora & ualidiora mœnia urbis fabricarent. Neq; iuidia lacedæmōioꝝ ut ſupra oſtendimus. illius caliditate potuit ſuperari. Prævalidis manibus. potentiſſimis uiribus regis. Xerſis. Exhauſta. cōfecta. euulſa. Haꝝ reꝝ tot tāq; pclaras uictorias es cōſecuta. ſed eſt quod ſcire expectem. Vbinā uixerunt illi quorum ductu atq; auſpiciis

Arthemeſiuꝫ

lucet Marathon perſicis trophæis ſalamin & Arthemiſium Xerſis naufragia numerantur: prævalidis manibus exhauſta mœnia pulchrioribus operibus conſurgunt: harum rerum auctores ubi uixerunt ubi iacent reſponde nempe Theſea paruulo in ſcopulo ſepeliri: & milciadem in carceī mori: & Cimōa paternas īdueī cathenas & themiſtoclē uictorē uicti hoſtis genua cōplecti Solonēq; cū Ariſtide & Phociōe pœnates ſuos ingrata fugere coegiſti: cū interim cineribus noſtris fede ac miſerabiliter diſpſis. Oedipodis oſſa cæde patris

gloriā hāc belli & igentia ſpolia tibi cōparaſti. Certe ingratitudo tua eos ī exiliū ire coegi. Vbi iacēt quo in loco ſepulti ſunt. quaſi dicat ī ſordidis & minime ſe dignis locis obruti ſunt. Nempe. certe. Theſea. conditorē urbis. Paruulo ī ſcopulo. ſ. īſule tyri. Milciadē. qui darii copias ī marathōis cāpis deleuit. Paternas īduere quia nō prius paſſi ſunt corpus milciadis ſepeliri q̄ cimon eius filius cathēas pīis ſubiret. Themiſtoclē. q xerſē fugauerat pti cōſilio pti armis. Victi hoſtis. xerſes ad qm̄ cōfugit profugus ipe. Solonē. legū latorem & ſalaminæ uictoriæ auctorem. Ariſtides: q iuſtiſſimus fuit & cōtinentiſſimus. Pœnates ſuos: patriā ſuam & lares domeſticos: Ingrata: beneficiorum immor. Cū: ſuæ īſectationis contra athenas argumentū intendit ab exēplo quod argumentū aut a maiore ad minus aut a mīore ad maius ſumit ſed hoc eſt a maiore ad minus. dicit. n. cum īpios & parricidas & externos ī ſūma ueneratiōe teneas. cur pii & benemeriti ciues abſte eiciuntur: athenienſes oſſa oedipi q & patrē iteremit & matrem duxit uxorē in ariopago poſuerant & ī arce athenarū ei aras in honorem conſtruxerant. Itaq; artus ſcelerati oedipi ſanctiores habebantur cineribus ciuiū benemeritorū. Interim dum īgratitudinē ī ſupradictos exerces. Cineribus. uerba facit eſſe ſupradictorū ciuium quorū diſperſi erāt cineres: nam ī diuerſis partibus erant ſepulti aut quia nonnulli iuſſere cineres ſuos ī auras proiici & ſanctiores hic ſpectat. Oedipodis regis thebarū. Contamiata. hiſtoria talis ē. Laius thebaꝝ rex oraculū accepit fore ut a filio ſuo q naſciturus erat iterficeret. Itaq; uxori iuſſit ut qcqd pareret illico exponi iuberet. Mater pietate cōmota nati pueri pedes cadēti ferro pforari & ī celeberrīo loco expōi iuſſit. ut & dignoſci poſſet ſi adulto fieret & a paſtoribo īuēiri & educari: paſtor q dā iuētū pueꝝ Polibio regi offert quē ille pro ſuo educari iuſſit. Iā adulto Oedipo ſocius qdā p cōuiciū dixit filiū regiū te eē arbitraris cū ſis ſubditius. hoc dictū illius pectori altius inſedit. Reginā itaq; adit cōfeſti iterrogatq; an ipſius ſit filius an aliūde ſūptus. Regia pmo ſuū filiū illū eē aſſeuerabat. Ille cū ueꝝ exculpere neqret accepto gladio pectus trāſuerberaſ iſtituit. Et cū iā ſciſſis ueſtibus ī eo eēt ut ſe tráſſigeret: Regia ſe ueꝝ dictaturā pollicēs ab ppoſito illū reuocauit. Alienū ſe itelligēs Oedipus cōſulit apollinē quo pacto parētes ſuos iueniſ poſſit. Si inqt pmū q tibi occurret occideris. facile erit tibi iuenire qd q̄ris. diſcedēs Oedipus cū phocidē peteret & a phocide ueniret Laius ita euēit ut pōs illis occurreret in quo obuiā facti miniſtri regis iubēt Oedipum cedere currui regis. Oedipus & miniſtros & regē ſuſtulit ī ipſa cōtētiōe. Deide Thebas intendēs haud procul ab urbe monſtrū ſpinga iuenit q problema tranſeuntibus opponens unū quēq; q illud neſciret extricare morte mulctabat problema tale erat quodnā eſſet illud aīal qd prio eſſet quadrupes deinde tripes inde bipes. poſtea etiā redderetur tripes deide quadrupes. hoc ubi audiuit Oedipus ut callidiſſimus erat & pblema euoluit & ignorante ſpīge quæ nā eſſet arbor conuerſa œdipus illū uita puauit cuius ſupior pars uirgiea erat poſterior aūt ſerpētina. Thebani qa multa idigna a ſpīge paſſi fuerāt directo aña facto iocaſtā Oedipo deſpēſarūt. Illa cū eo iacēs pedū foramina fēcit ſequēti die ut pedes lauet regē iuitat & tūc qd ſuus eēt filius, pbe itellexit: Oedipus q & patrē occidiſſet & cū matre cōcubuiſſet ſe luminibus puauit deinde cū nemo illū reciperet athenas puenit & ī ariopago ſepulturā meruit. Cōtamiata: cōmaculata

Nuptiis cõnubio matris.s.Iocastæ. Ariopagũ:lucus est martis non procul ab urbe athenarũ. Venerabile.nã in honore habebat locus ille apud atheniẽses: Diuini.hoc dixit propter neptunũ & palladem qui de imponendo noĩe urbi in eo certarunt. Humani nã ibi iudicia atheniẽses faciebãt. Erat enĩ iudicii locus & philosophi in eo uersabant. Excelsis præsidiis minerue.i.in arce palladi consecrata in qua arã Oedipodi construxerant. Adeo tibi aliena mala:hoc facis inquit quia externi flagitiosi gratiores tibi sunt q̃ benemeriti ciues: potes ergo cõtra iusiurandũ te fecisse facillime intelligere si legẽ q̃ ingratos dãnat lectitaueris. Tuis.ciuibus benemeritis q tibi profuerũt. Obstrictã obligatam iurauerant enim se saloni us leges seruaturos. Et quos ĩmerito dãnasti exilio aut morte eis pœnas d̃disti quas digne passa es atq; merito pro tuo Lesis exilio aut morte mulctatis. Iusta.nã quæ totius græciæ regina fueras in seruitutẽ nunc es redacta scylla primus athẽas subegit excoluisti. Tacent mute illorũ umbre: Quãuis.n. supradictorũ umbre necessitate fati de te conqueri nequeant:non desunt tam̃ scriptores athenienses qui ingratitudinẽ hanc tuã acriter culpẽt.

Lingua.s.tua. i.tui scriptores.

Non tacent: de ingratitudine tua.sed omittamus. Ingratos q̃do satis de ingratis diximus ut ĩ re laudabiliori uersemur.nũc de piis cõmemorationẽ faciemus.

Piis.qui pietatẽ erga parentes coluerunt. Fauorabili:quæ laudem meretur ut pietas. Inuise: odiose ut ingratitudo est. Venite igitur in manus:nunc ĩuitat pios uenire uelint & se offerre. Valerio ut illorum laudes decãtare possit q faciũt ne patres peniteat talem sobolẽ peperisse.& etiã alios incendit ad genus propagandũ credentes se illis similes parituros. Prospera parentũ uota:appositio est uota parẽtũ sũt filii uirtute p̃diti. Fœlicibus auspiciis: ꝓsperis omnibus.

nuptiis matris contaminata:inter ipsum Ariopagũ diuini atq; humani certaminis uenerabile domicilium: & excelsis præsidiis Mineruæ arcẽ honore aræ decoratos sacrosanctiores colis:adeo tibi aliena mala tuis bonis gratiora sunt. Lege itaq; legẽ:quæ te iureiurãdo obstrictam tenet:& quia benemeritis debita reddere præmia noluisti læsis iusta piacula exolue. Tacẽt mutæ illorum umbræ fati necessitate cõstrictæ:At ĩmemores beneficiorũ athenæ reprehensione:lingua:sermone licenti soluta non tacet. Sed omittamus ĩgratos & potius de piis loquamur. Aliquãdo.n.satius est fauorabili quam inuisæ rei uacare. Venite igit̃ in manus nostras prospera parentum uota:fœlicibus auspiciis propagate soboles:quæ efficitis ut & genuisse iuuet:& generar̃ libeat:

De pietate erga parentes:erga fratres erga patriã Capitulum quartum.

c Oriolanus maximi uir animi & altissimi consilii:optimeq; de re pu. meritus:iniquissime damnationis ruina prostratus:ad uolscos infestos tunc romanis confugit:magno ubiq; precio uirtus estimatur: itaq; quo latebras quesitum uenerat: ubi breuissime summum adeptus est imperium. Euenitq; ut quẽ ꝓ se salutarem ĩperatorem ciues haber̃ noluerant:pœne pestiferum aduersus se ducẽ experirent. frequenter.n.fusis exercitibus nostris uictoriaꝝ suaꝝ gradibꝫ aditũ iuxta mœnia urbis uolsco militi struxit.

Iuuet genuisse.eiusmodi filios. Generare libeat:Alii credentes se tales suscipere gnatos:libẽter generant. Et primo coriolani pietatem amplectitur.

c Oriolanus maxĩe uir:Coriolanus summus imperator:& urbis ro.princeps ĩ maxĩa ãnone penuria frumentũ e sicilia uectũ patres uetabat plebi diuidere.nisi prius iura patribus dempta ut tribunitios magistratus ut postulationẽ restituerent. Indignata plebs manus ĩferre illi uoluit:sed tribunus casu affuit:& illi diẽ ad populũ dixit. Dãnatus Coriolãus ad uolscos se r̃cepit:q ĩperio ro.auersi ducẽ Coriolanũ creãt:ille debellatis mltis latinoꝝ ciuitatibus:demũ ad tertiũ lapidẽ non ꝓcul a urbe castra collocauit.obsessi romani legatos primo deinde sacerdotes ad illum depræcãdum mittunt quod senatus populusq; ro.ĩpetrare nequiuerãt. Alti:profundi consilii. Bene de re pu.meritus:nã coriolis captis ab eis cognomẽ fuerat assecutus. Magno ubiq; p̃cio uirtus:generalis sẽtẽtia huic loco acõmodata. Salu.ĩpatorẽ.nã si illũ detiuissẽt rõani potuissẽt saluti suæ cõsuler̃. Pœne pestiferꝝ. parũ defuit quin illos fũditus deleret. Gradibus:nã bis terq; deuicerat romanos & latioꝝ urbes cœpat

Qua propter faſtidioſus: & quia populus illũ pro ſe tenere noluerat ſed in exiliũ miſerat: coactus ẽ pro ſui ſalute exuli ſupplicare. Faſtidioſus. recte dixit: nã adeo faſtidioſus erat populus in eſtimãdis ſuis bonis q̃ faſtidire cœperat uirtutes ciuiũ ſuorũ. Reo. Coriolano qui frumentũ plebi dandũ negabat. Depræcandũ. mitigandũ. Legati. a romanis miſſi. Profecerunt. nihil propter eos eſt commotus Coriolanus. Sacerdotes: nam cum inſignibus ſuis ſacerdotes ad illũ mitigandum miſerant romani. Eque. equaliter ſicut legati: Effectu. impetratione. Stupebat ſenatus. cum rationem nullam inueniret. qua placeret Coriolanus. Trepidabat. timebat exitium: periculũ iminens. Lamentabantur: lamẽtatione proſequebãtur. Tũc ueturia: oſtendit quid fecerit Coriolãi matri tãta urbis trepidatiõe. Et ferme hiſdẽ uerbis utitur etiã Liuius in pietate Coriolani. quibus & Valerius. Caſtra uolſcorũ: quorũ dux erat coriolanus. Illa ex p̃cibus in irã uerſa: Veturia quæ pfecta erat ut præcaretur gnarũ illius pietatẽ cernẽs iram ſuſcepit.

Captiua. ſine intelligã an ad filiũ ueneri an in ptãte hoſtis ſim captiua. In hoc me longa uita: Vitæ munus iquir me ad hoc ſeruauit ut te prio exulẽ: deinde & hoſtẽ patrie quæ te genuit aſpicerẽ: quaſi dicat nõ facile iudicaueri utrũ moleſtius mihi fuerit uidere te exulẽ: aut acerrimũ patriæ hoſtem. Infœlix ſe in qua aduerſa multa pertuli. Popularí: diripeẽ. Oppugnaret urbe te quo imperatoꝛ uolſci illã oppugnant. Inſuper: præter quã ea quæ mẽoraui. Quibus. ſ. multis quæ addidit & fletibus uxoris & paruulorũ: ſic. n. eſt intelligendum. Expugnaſti: debellaſti. Eius matris. Admotis p̃cibus appropinquatis præcibus: & additis: nam præterquã q̃ me utero geſtaſti & ad me præcibus ueniſti. Merito inuiſã: qa ipſũ i digne dãnauerat. Ergo pectus dolore accepte iiurie: Et q̃uis iqt i coriolãi aio multa eſſẽt q̃ eũ i diuerſa traberẽt pietas tñ mris oĩa illa ſupare ualuit. Pectus refertũ plenũ. Dolore iiuriæ q̃ accepat iiuſte exilio multatus. Spe potiende uictoriæ ppe erat ut ro. expugnaret. Verecũdia. neq̃. n. ſine pudore fieri poterat ut ille iperiũ depõeret qđ uolſcis p̃miſerat. Detractãdi: recuſãdi miſterii. Mœtu mortis. ne. ſ. irati uolſci q̃ urbẽ q̃ expugnari poterat reliqſſet & i eũ grauius ſtatuerẽt. Extãt tñ q̃ dicãt iratos uolſcos đ coriolão capitale ſupplicĩũ ſuſcepiſſe: Totũ. prſus uacuũ reddidit. Vnius parẽtis. aſpectus ſolius mris bellũ cũ pace cõmutauit. Et i hoc pietatis uis dignoſci potuit. Salutari pace. q̃ pñiæ ſalutẽ attulit. Eadẽ pietas uiribus ſuis iflãmatũ africanũ ſupi. Liuius i tertio decadis đ ſcđo bello pũico pœne puer ẽdidit. Cũ alpes trãſgreſſus i italiã uẽiſſet. Hãnibal pub. ſcipio obuiã ei cũ exercitu rõano ẽ factus. pugna apud Ticinũ flumẽ haud lõge ab Papia urbe init. dũ iter p̀mos ordines publius cõſul iprudẽtius dimicat ab hoſtibus circũuentus & grauiter ſauciatus haud procul aberat ut caperetur. Scipio eius filius adhuc puer in tãto diſcrimine conſulem cernens ſtimulante pietate ab iminente periculo patrem liberat & quernam coronam quæ his tribuebatur: qui ciuem romanum ſeruaſſẽt fortiter dimicans pro patris: & imperatoris ſalute meruit accipere. pietas ergo effecit ut & annos & ætatem. Scipio ſuperaret.

Qua propter faſtidioſus ille in æſtimandis bonis ſuis populus qui reo nõ pepercerat: exuli coactus ẽ ſuplicare miſſi ad eum depræcandũ legati nihil profecerunt: miſſi deinde ſacerdotes cum iſdem eque ſine effectu redierũt ſtupebat Sẽatus: trepidabat populus uiri parẽ & mulieres exitiũ iminens lamentabantur. Tunc Veturia Coriolani mater Volumniã uxorem eius & liberos ſecum trahẽs caſtra uolſcorum petiit quam ubi filius aſpexit prope ut amens matris complexum petiit: illa ex precibus i irã uerſa ait. Sine ut priuſquam complexum accipiam. ſciam: an ad hoſtem: an ad filium uenerim: captiua mater ne in caſtris tuis ſim. In hoc me lõga uita & infœlix ſenecta traxit ut exulem deíde te hoſtem uiderẽ potuiſti populari hãc terram quæ te gẽuit atque aluit niſi te peperiſſem Roma ñ oppugnaretur: multaque inſuper addidit cõplorando quibus & uxoris ac paruulorum fletibus motus: matrem complexus. Expugnaſti inquit & uiciſti iram meam: patriam præcibus huius ad motis cuius utero delatus ſum: quamuis merito mihi inuiſam dono: continuoque agrũ romanum hoſtilibus armis liberauit. Ergo pectus acceptæ dolore iniuriæ: ſpe potiundæ uictoriæ: uerecundia detrectandi miniſterii: mœtu mortis refertum totum ſibi pietas uacuefecit. uniuſque parẽtis aſpectus bellum atrox ſalutari pace mutauit.

De ſuperiore Africano.

lamentabant

Eadẽ pietas

Timinuens

Eadē pietas: quæ coriolanū deuicit inflāmatū accensuū uiribus suis. Africanū superiorē: ex psona poetæ dictū ē. nō. n tūc erat sed postea fuit superior africanus. Vix dū ānos puerilitatis. uix ānos natus q̄ttuordecī. Aduersis auspiciis: cōtrariis oībus. Infirmitas ætatis: nā puer ferme erat: & pueri ibeciliores sūt: q̄ uiri q iā ad maturā & solidā ætatē puenerē. Tirociniū: nouitas & pricipiū militiæ. tūc .n. militare discebat. tyrōes sūt noui milites. Exitus: nā superati fuere rōani. Veterāo: assuefacto bellatori. Interpellare: ꝓhibere. Duplici gloria: nā & prem & eū īperatorē liberauit. Imperatore simul & pre: Scipio. n. & pr erat: & īpator africani. Auribus ista tā pclara: Romana ciuitas inqt exēpla hæc pietatis tā pstātia audiuit sed dicēdū nūc est de his q̄ oculis cōspexit. Ista: q̄ supradicta sūt & coriolāi: & Scipiōis africani exēpla. Lucio manilio. De hac pietare māilii Liuius ab urbe cōdita facit mētionē. Torq̄tus manilius filiū suū manilium eo ꝙ ebetioris ingenii & tardioris liguæ eēt q̄si relegatū rure cōtinebat. Pōponius tr. pl. occasionē nactus diē dicit ad populū lucio torquato ꝙ dictaturæ suæ q̄ bello latino gesserat paucos dies addidisset ꝙꝙ filiū optie idolis ab administratiōe rei pu. rure cōtinēdo submouisset. hoc audiens māilius adolescēs relicto rure urbē petēs tribūi domū digredit. Ratus tribunus adolescētē a pre aspius hītū uēisse: ut pris crimina īdicaret: quo uiā latiorē ad eū dānādū faceret. auidius illum recepit: iussitq; ut oēs excederēt cubiculo: ne pudore aliquoꝝ inhiberet manilius pris crimīa prodere. Manilius amotis oībus gladiū confesti nudat: & sublatū tribunū lectulo supiniecit. Trepidus tribunus minis ac mœtu iurare cogit. ñ ulterius accusationē secutuꝝ. Itaq; māilius ab hac īfestissima tribūi dānatiōe prem pstāti pietate liberauit. Diē dixerat accusauerat. Bñfaciēdi belli. bene administrādi belli latini. Legitimū obtinēdi. i. dictaturæ aliquos dies addidisset. Legitimū tpus semestre erat dictaturæ spaciū. sed torquatus belli occasionē benegerendi hñs tps illud prolongauit. Grauatū intentū agriculturæ. Publicis usibus. i. ab rei pu. administratione. Vrbem petiit: rure romā peruenit. Prima luce ī ortu solis. Cubiculo: e loco ubi cubare solebat. Minis. nam necē minabatur. Terrore. aliqñ gladium iugulo ītentabat Torquatus. pater manilii. Causā diceret. qua se ad populū purgaret: respōderet accusationi. Cōmendabilis ē pietas. Intendit hāc pietatis laudem Valerius a minore ad maius dicit ergo ꝙ si laudantur q parētibus humanis & īdulgentibus pietatem præstant q̄to magis cōmendandis ē manilius qui rigorem patris expertus nullas amoris paterni blanditias senserat. neq; quicq̄ habuit quod illum inuitaret ad auxilium patri præstandum præter sanguinis coniunctionem. Cōmendabilis: cōmendatiōe digna. Præstat. s. a filiis. Horridiorē. asperiorē patrem. Naturalē amorem quem a natura acceperat. Inuitatus fuerat: a patre blandi. n. parente sibi filioꝝ amoꝝ cōciliāt.

e Adem pietas uiribus suis inflāmatū Africanū superiorē. Vix dū ānos pubertatis īgressū ad opē patri ī acie ferēdā uirili roboř armauit: cōsulē. n. eū apud Ticinū Fluuiū aduersis auspiciis cū Hānibale pugnātē sautiū grauiter intercessu suo seruauit. neq; illū aut ætatis īfirmitas: aut militiæ tyrociniū: aut īfœlicis prælii ēt ueterano bellatori ptimescēdus exitus interpellař maluit: quo minus duplici gloria cōspicuus coronā īperatore simul & patre ex ipsa morte rapto mereretur: auribus ista tā præclara exēpla. Ro. ciuitas accepit: illa uidit oculis.

De. L. M. Torquato.

l Vcio Manilio Torquato diē ad populū Pōponius. tr. pl. dixerat: qd occasiōe benefaciēdi belli inductus obtinēdi legitimū īpii tēpus excessisset. Quodq; filiū optie indolis iuuenē rustico ope grauatū publicis usibus subtraheret. Idq; postq̄ Manilius adolescēs cognouit: ꝓtinus urbē petiit: & sein Pōponii domū p̄ma luce direxit: q existimās ī hoc eū uenisse: ut pris crimina a quo plus iusto aspe tractabat deferret: excederē oēs iussi cubiculo: quo licētius remotis arbitris iudiciū pageret: nactus occasionē oportunā ꝓposito suo iuuenis gladiū: quē tectū attulerat: distrinxit: tribunumq; minis ac terrore cōpulsū iurare coegit. : a pris eius accusatiōe recessuꝝ: eoq; effectū ē: ne Torquatus cām diceret cōmēdabilis ē pietas q̄ mansuetis parētibus præstatur: sed Manilius quo horridiorem partē habuit: hoc periculo laudabilius ei subuenit: q ad eū diligēdū præter naturalē amorē: nullo indulgētiæ blādi mēto inuitatus fuerat.

De Marco cotta.

Hanc pietatē. æmulatus Marcus cotta: pietatē. M. cottæ cōparat auctor pietati manilii: qua in p̄rem usus est. Aurelius cotta ab Gn. carbone dānatus fuerat: ꝙ iudicia in equestrē ordinē transtulisset quo facto multū de senatus auctoritate diminuerat: Cotta aūt Aurelii filius ut patris ulcisceret iniuriā ip̄o die quo togā uirilē sūpsit Gneū carbonē postulat adductūq; in iudiciū accusat: & ita patris cōtumeliā iuuuenis ad modū ultus est. Quo togam uirilē sūpsit: quattuordecim ānos egressus prætexta bulla q; deposita. Protinus simul atq; uirilē togā sūpsit & e capitolio descēdit. nam ī tēplo Iouis maximi togati uirilem sumebāt. Pater Aurelius cotta. Reū. nam Gn. carbo fuluius flaccus &. C. gracchus triūuiri seditionē lege agraria concitauerāt. Et ingeniū & adolescentiā præclare operā auspicatus. i. ꝓsperis auspiciis & oībus īgenii & adolescētiæ præclarū facinus edidit ī Gneo carbōe accusando qua Carbonis accusatione paternā iniuriā uindicauit. Auspicatus: auspiciis testatus. Apud. C. quoq; flāminiū: auctoritas patria eque potēs fuit. Flāminius hic nihilo minorē pietatē in patrē exercuit. Cū enī tri ple. esset Flāminius neq; præcibus neq; minis senatus neq; exercitus terrore quē patres aduersus actiōes suas cōscripserāt adduci posset quo minus agrariā legē d̄ diuidēdo agro placētino uiritim ꝓmulgaret. paterna pietate fractus rostra descēdit cū illū pater iā recitantē appræhēdisset e rostris ipsū abstraheret & illius seditionē r̄frenaret. Auctoritas patria: dignitas paterna.

Gallico agro. s. cisalpino agro & placentinū agrū intelligimus quē ipse populo ro. addiderat.

Præcibus: senatus prīo præces flāminio dederat. deinde minas

h Anc pietatē æmulatus. M. cotta eo ipso die: quo togam sumpsit uirilē: protinus ut e capitolio descendit. Gn. Carbonē a quo pater eius dānatus fuerat: postulauit. pertractumq; reum iudicio afflixit & ingenium & adolescētiam præclaro opere auspicatus.

De Caio Flāminio.

a Pud Caium quoq; Flāminium auctoritas patria æque potens fuit. nam quom. tr. pl. legē de gallico agro uiritim diuidendo inuito & repugnāte senatu promulgasset: præcibus minisq; eius acerrime resistēs. ac ne exercitu quidem aduersus se conscripto: si in eadem sententia perseueraret: absterritus postquam pro rostris ei legem iam referēti: pater manū iniecit: priuato fractus imperio descendit e rostris: ne minimo quidem murmuræ destitutæ concionis repræhensus.

De Claudia uirgine uestali.

m Agna sunt hæc uirilis pietatis opera: sed nescio: an his omnibus ualentius & animosius Claudiæ uestalis uirginis factum quæ cum patrem suū triumphantem & curru uiolenta. tri. ple. manu detrahi animaduertisset: mira celeritate utrisq; īterponēdo se: amplissimā ptātē inimicitiis accensam depulit: igitur

Conscripto: ut hanc tribuni insolentiam reprimeret. In eadem sententia promulgandi agrariam legem. Manum iniecit: ut e rostris abstraheret. Priuato fractus imperio: uictus paterno imperio quod patres priuatim habent in filios. Nec minimo quidem murmure dest. In hoc etiam populi modestiam laudat qui & si magnam haberet spem consequendi agri tribuni lege nullum tamen edidit murmur ꝙ ab Flāminio destituta uideretur. Destitute contionis: multitudinis plebis derelictæ a tribuno pietate paterna fracto. Magna sunt hæc uirilis pietatis. Opera quæ superius uirorum exēpla de pietate commemorauit. Valerius plæclara fuisse affirmat. sed illis tamē omnibus claudiæ uestalis erga parentem pietatem præponit. Appius cognomēto audax Ceci appii frater cōsul creatus ut ad liberandos obsidione camertinos proficisceretur. Et carthaginenses debellauit: & Hieronem syracusanum imperatorem apud syracusas ī deditionem accepit. his fœliciter administratis rebus cum inuito populo triumpharet. Appius tribunus plebis triumphātis currum aggreditur ut ipsum e curru abstraheret. Quod ubi uidit claudia uestalis uirgo & Appii filia mira celeritate accurrens & tribunum a curru prohibuit. & patri additum capitolium fecit. Itaq; claudiæ gloria patris triūphum adequauit. Virilis pietatis: quam uiri exhibuere superius. Claudiæ: filiæ appii: sed secūdum suetoniū ipsius sororis. Vtrisq;: & tribuno & patri. Interponendo. interferendo. Accensam inimicitiis: tribunus enim hoc ideo faciebat quia Appiū exosum habebat: omne enim Appium nomē semper fuit plebi inimicum. Depulit: diceret aliquis non ne tribunus poterat mulieri resistere? poterat quidē ui sed religione astrictus manum illi inicere noluit. Alterū: unū triumphum propter deuictos hostes.

Alterum:triumphũ in templũ ueſte duxit claudia:ob liberatum patrẽ:ab inimiciſſimi tribuni uiolẽ tia. Nec diſcerni potuit:non Valerius dicit incertũ fuiſſe uter maiorẽ laudem fuerat aſſecutus:an pa ter ex uictoria ex hoſtibus parta an claudia ex pietate:quam patri præſtitit. Ignoſcite uetuſtiſſimi fo ci. Quia dicturus eſt de quadã muliere ignobili & ſordida:ideo ueniã a ueſta dea petit:ignoſcat ſibi ſi poſt ueſtalis uirginis & templi commemorationẽ ad ignobilẽ mulierem & carcerem tranſitum fece rit. Eterni ignes:in templo enim ueſte peruigil ignis ſeruabatur. Neceſſariũ:nam neceſſe eſt ut car cer in urbe ſit qui nocentẽs accipiat. Cõtextus:ordo tenor noſtri operis. Progreſſus fuerit: nam quia a templo ad carcerem tranſeo iiuriam uobis uideor facere. Nulla enim acerbitate fortunæ:& eſt iuſta ratio cur ueniã præbeatis:nam & ſi aduerſa fortuna uſi:& ignobili loco nati homines aliquid cum uirtute iunctum fecerint:tñ benefactum illud nulla ex pte ſordeſcit:& maiorem laudem meretur:quam ſi eſſent in ſũma fortuna conſtituti. Acerbitate:aſperitate fortunæ.i.aduerſa fortuna. Nullis ſordibus:nulla ignobilitate. Vileſcit:uilius efficit. Sanguinis ingẽui.i. liberi.nã libera erat mulier ſed humili loco nata. In carcere necandã:nã maiores i carcere ſupplicia noxioꝝ ſumebant.

Suſtẽtaret.mulier illa pduraſſ neq; morereť. Exerto.nudato ubere. Lenientẽ:leuantẽ.nõ explentẽ. Spectaculi nouitas.nũquã.n.aſia auditũ:aut uiſũ fuerat ut filie mſ ubera ſuggeret. Ab ipſo:cuſtode. Triũuiꝝ: q dãnatos faciebat occidi. Ad cõſiliũ iudicũ:q illã dãnauerãt.. Perlata deducta. Remiſſionẽ pœne ideſt tantã uim habuit: & admiratiõis hæc pietas ut coegerit iudices ueniã mulieri reæ cõcedere. Quo ad quẽ locũ. Nõ penetrat:nã i carcerẽ uſq; trãſiuit.

Nouã inuſitatã:inauditã rationẽ. Quã matrẽ uberibus natæ alitã:non mater a filia ſed filia a matre lac ſumere cõſueuit. Alitã:nutritã. Hoc cõtra reꝝ naturã factũ.i.hãc rẽ.repugnaſ naturæ. Idẽ pdicatũ de pietate ruis æſtimeť hoc exẽplũ cimonis athẽienſes qdẽ:ſed nõ illius q uiculis patris Themiſtoclis ſucceſſit externũ ẽ:qđ a ſupiore nihil diſſẽrit. Cimõ hic dãnatus capitali crimie i carceꝛ ſeruabaťut inedia moreretť.ad quẽ uiſẽdũ filia excuſa,pficiſcẽs.iã ultie ſenectutis penti lacte ſuo alimta pſtitit. Idẽ.ſcilicet exẽplũ quod dicturus ſum ſuperiori ſimile iudicetur. Prædicatum:dictum. Cimona accuſatiuus græcus eſt. Herent ac ſtupent hominum oculi:Commendat hanc pietatem filiatũ erga parentes Vale.

alterum triumphum pater ĩ capitolium alterum filia ædẽ ueſte duxit nec diſcerni potuit utri plus laudis tribueretur:cui uictoria an cui pietas comes aderat: ignoſcite uetuſtiſſimi foci:ueniamq; æterni date ignes.ſi a ueſtro ſacratiſſimo templo ad neceſſariũ magiſq; ſpecioſum urbis locum contextus operis noſtri ꝓgreſſus fuerit:Nulla enim acerbitate fortunæ nullis ſordibus precium care pietatis euileſcit:quin etiã eo certius quo miſerius experimentum habet.

De amore filie erga matrem.

ſ Anguinis ingenui mulierẽ prætor apud tribunal ſuum capitali crimine damnatam triũuiro in carcere necãdam tradidit:quo receptam his qui cuſtodie preerat miſericordia motus non protinus eam ſtrãgulauit:aditum quoq; ad eam filiæ ſed diligenter excuſe ne quid cibi inferret dedit:exiſtimans futurum:ut inedia conſumeretur. Quũ autem iam dies plures interderẽt:ſecum ipſe quærens : quid nam eſſet:quod tam diu ſuſtentaretur:curioſius obſeruata filia aĩaduertit illã exerto ubere famẽ matris lactis ſui ſubſidio leniẽtẽ quæ tam admirabilis ſpectaculi nouitas ab ipſo ad triumuirũ:a triũuiro ad prætorem:a prætore ad conſiliũ iudicum perlata remiſſionem pœne mulieri ĩpetrauit quo non penetrat:aut quid non excogitat pietas: quæ in carcere ſeruandæ genitricis nouam rationem ĩuenit Quid enim tã inuſitatũ?quid tam inauditum?quam matrẽ uberibus natæ alitã eẽ putauerit aliquis hoc cõtra rerum naturam factum:niſi diligere parentes pria naturæ lex eſſet.

De Rue erga Cimona patrẽ.

ceſſauit:publicatis enim bonis eius ipſum æternis uinculis puniendum cenſuit:effecitq;:ut quem honeſte ſpiritum profundere in acie noluerat:turpiter in caternis conſumeret.

De Marco Curio conſule.

i D factum imitatus.M.Curius conſul cum delectum ſubito educere coactus eſſet: & iuniorum nemo reſpondiſſet coniectis in ſortē omnibus tribubus poliæq; proxima exierat:primum nomen urna extractum citari iuſſit:neq; eo reſpondente bona adoleſcentis haſtæ ſubiecit Quod ut illi nunciatum eſt ad conſul tribunal cucurrit collegiumq; tribunorum appellauit. Tunc Marcus curius præfatus non opus eſſe eo ciue rei publicæ qui parere neſciret:& bona eius & ipſum uendidit. De Lucio Domicio prætore.

Eque tenax propoſiti.L.Domicius:nam cum Siciliam prætor Romanus regeret.& ad eū eximiæ magnitudinis aper latus eſſet:adduci ad ſe paſtorem: cuius manu occiſus erat.iuſſit. Interrogatumq; quaui eam beſtiam confeciſſet: poſtquam comperit uſū uenabulo: crucifixit:quia ipſe ad exturbanda latrocinia:quibus prouincia uaſtabatur: ne quis tælum haberet edixerat.hæc aliquis in fine ſeueritatis & ſeuitiæ ponendum dixerit: diſputatione enim utroq; flecti poteſt.Cæterum ratio pub.imperii prætorem: nimis aſperum exiſtimari non patitur.ſic ſe in uiris puniendis ſeueritas exercuit.Sed nec in fœminis quidem ſupplicio afficiendis ſegniorem ſe egit.

De Horatio erga ſororem.

h Oratius poſt prælium trium curiatium cæterum

conditione pugne hominum albanorum uictor. cum ex illa clarissima acie domum repetens sororem suam uirginem curiatii sponsi mortem profusius quam illa ætas debebat flentem uidisset: gladio quo patriæ rem bene gesserat interemit: parum pudicas ratus lachrymas quæ præpropero amori dabantur. Quem hoc nomine reum apud populum actum pater defendit. Ita paulo propensior animus puelle apud memoriam futuri uiri fratrem ferocem uindicem & uindicte tam rigidum assensorem patrem habuit

De Spurio posthumo Albīo & Quīto. M. philippo.

c Onsimili seueritate senatus postea usus. D. Spurio posthumo Albino &. Qu. M. Philippo consulibus mandauit ut de his quæ sacris bacchanalium in cestu usæ fuerant inquireret a quibus cum multæ essent damnate in omnes cognitas inter domos animaduerteret latæq; patens obprobrii deformitas seueritate supplicii emendata est: quia quantum ruboris ciuitati nostræ mulieres turpiter se gerendo incusserant: tantum laudis grauiter punite attulerunt.

De propinquis Publicæ & luciniæ fœminarum.

p Vblicia autem q̄ Posthumum albinum consulē item Licinia quæ Claudiū Aselium uiros suos ueneno necauerunt propinquoꝝ decreto strāgulatæ sūt non. n. putauerūt seueriſſimi uiri: ī tā euidenti scelere longum publicæ quæstionis tēpus expectandū. Itaq; quarū innocentiū defensores fuissent. sontiū maturi uindices extiterūt magno scelere horum seueritas ad exigendam uindictam concitata est.

De Egnato Metello.

e Gnati autem Metelli lōge minori de causa q uxorem quod uinum bibisset: fuste percussam interemit. Idq; factum non accusatore tantum sed etiam reprehensore caruit: uno quoq; existimāte optimo illā exemplo uiolatæ sobrietatis pœnas pependisse: & sāe quecunq; fœmina uini usum immoderate appetit: & uirtutibus omnibus ianuam claudit & delictis apuit.

De Caio Sulpitio gallo.

h Orridū. C. quoq; Sulpitii galli maritale supplicīū nā uxorē dimisit q̄ eā capite apto foris uersatā cognouerat abscissa snīa: sed tamen aliqua ratione mota

Conditione: recte dixit. nā ita cōuenerat inter eos ut parerēt illi quorum perdulles fuissent occisi. Sororem suā: nomine Horatiam. Quo patriæ rem bīī gesse. nam eo gladio occidendo curiatios imperiū ro. auxerat.

Lachrymas sororis. Præpropero amori ī maturo amori: nā sponsa dūtaxat erat. Hoc noīe ac de causa quia sororem interemerat. Propēsior: procliuior.

Futuri uiri curiatii cuius spolia frater humeris sustinebat. Ferocem uindicem: īmanem punitorem. nā eam sustulit. Rigidū assensorem. i. aspersum comprobatorem uindictæ: nam pater q̄ filius fecerat probabat: dicebat enim se quoq; nisi hoc contigisset in filiam animaduersionē facturum: īmoderati amoris erga futurum uirum. Consimili seueritate senatus: postea usus. Macedonico bello: nō libro Liuius hanc senatus seueritatē tractat. Mulieres q̄dam bacchanalibus dedite erant in q̄bus multa adulteria cōmiserant. qd̄ ubi uulgatū ē senatus operā dedit ut unusquisq; maritus ī propris pœnatibus de sua supplicīū priuatim sūmi iuberet: quo facto supplicīū illud quod seueritate senatus sūptum fuerat deformitatē stupri iam uulgati emēdauit. Spurio posthumio albīo &. Qu. Martō philippo cōsulibus: ostēdit quo tēpore senatus exercuerit hanc seueritatē. Incesto incestus ē uestalium uirginū & sacrarū sed qa iste sacris ferme iniciate erant: ī cesto dixit pro adulterio. Deformitas: inhonestis stupri in sacris q̄ uenerationem merentur.

Publicia: uxor posthumii cōsulis. Licinia claudii aselii conīunx & utraq; uiros suos occidit. Longe ualde minore de cā. s. ad uindictā exercendā est concitata seueritas metelli. Maritale supercilium. i. maritalis seueritas. supcilio. n. mētis aspritatē declarāt hoīes. Dimisit ꝑpudiauit.

Abscissa sē. huius snīa breuis fuit atq; concisa: sed tamen nonnullis rationibus munita & quæ sint ipse Valerius declarat.

Lex.n.in uerba ponit auctor quibus uti iure i uxorem potuisset gelius .Inquit gelius. Lex.f.uxoria. Decoris istru .i. instrumenta pulchritudinis. In suspitione.i.in suspitione criminis.i.stupri. Aliter sen.q̃ senserat gelius. In publico foris in aperto. Secreto:ammotis arbitris seorsum ab aliis. Incunabulis:principiis. Ipsa cul.nam non dubitabat ipsam culpam admisisse sed occasionem illius pãtrandæ quærere. Cite.i.ultionem dedit ante delictum. Ludos qui in scena & theatro fiebant.

Lacedæmonii libros ar.e ciuitate sua expor.iuss. De externis dicturus qui seueritatem coluerit primo lacedæmoniorum ponit exemplum qui adeo seueri extiterũt ut iusserent libros archilohi extra spartam deportari :neque passi sunt illos in urbe legi uerẽtes ne mores adolescentum suorum magis corrũperet lectio illa quam ingeniis prodesset iambicis enim rithmis totam domũ licambe obsceniter lacerauerat q̃ filiam sibi desponsatam deinde dare recusasset : & adeo maledicta illa lecambem mouerũt ut laqueo illa effugere studuerit ipsum etiam archilochum exilio mulctarunt indignati spartani: quod poetice scripsisset satius esse in bello armis exui quã uita & extant illius græca carmina. Archilochi hic poeta primus iambum inuenit horatius in poetria.Archilochum primo rabies armauit iambo . Impudicam : immodestam : nam omnia obscæna libere edixerat.

Domum inuisam :familiam licambæ soceri sui . quam habebat exosam quia filiam sibi desponsatam dare deinde noluerat licambes. Obsceni : fœ impudicis maledictis. Atheniẽses autẽ timagoram : Athenies timagoram legatum in persas miserant ad darium regem quem cum intellixissent ad genua regis prouolutum fuisse ut gentis illius morem seruaret capitali supplicio affecerunt existimantes.nõ unius hominis sed totius ciuitatis maiestatem dario fuisse subiectam . quam ipse officio legationis fungens refe rebat. Timagoram:legatum suum. Adulatum :nam ad genua regis prouoluebãtur qd erat adulationis genus & notandũ q̃ dicimus adulor te & tibi.

Lex enim inquit tibi meos tantum præfiniuit oculos quibus formam tuam approbes : & placere desideres: his decoris instrumenta compara : his esto speciosa horum te certiori crede notitie : ulterior tibi conspectus superuacua irritatione accersitus in suspitione & crimine hæreat necesse est.

De.Qu.Antistio uetere.

n Ec aliter sensit Quintus Antistius uetus repudiando uxorem quod illam in publico cum quadã libertina uulgari secreto loquentem uiderat : nam ut ita dicam incunabulis culpe & nutrimentis non ipsa commotus culpa citeriorem delicto præbuit ultionẽ ut potius caueret iniuriam quam uindicaret.

De Publio Sempronio Sopho.

Vngendus est his.P.Sempronius sophus qui cõiugem repudii nota effecit : nihil aliud quam se ignorante ludos ausam spectare ? ergo dum sic olim fœminis occurritur . mens earum a delictis aberat : cæterum & si romanæ seueritatis exemplum totus orbis terrarum instrui potest : tamen externa summatim cognoscere fastidio non sit:

Externa De archilocho poeta.

l Acedæmõii libros Archilochi e ciuitate sua exportari iusserunt quod eorum parum uerecundam ac pudicam lectionem arbitrabantur: noluerũt enim ea liberorum suorum aĩmos imbui ne plus moribus noceret quam ingeniis prodesset . Itaq; maximum poetam: aut certo summo proximum quam domum sibi in uisam obscenis maledictis lacerauerat : carminũ exílio mulctarunt:

De Athenienſibus:

a Thenienses autem Timagoram inter officium salutationis Darium regem more gentis illius adulatum capitali supplicio affecerunt Vnius ciuis humilibus blanditiis totius urbis suæ decus perfice dominationi summissum grauiter ferentes:

De Cambyſe rege.

Iam cambyſes inuſitate ſeueritatis: hic cambyſes cyri filius fuit qui non caruit inſanie ignominia: ſed ſiue inſania ſiue ſeueritate fecerit iudici cuidam q nonnullos iniquo dānauerat iudicio pellē detrahi iuſſit q̄ deinde arte in ſella extendi fecit in qua tā male mulctati iudicis filius iudicaturus ſucceſſit. Cambyſes rex perſarum. Inuſitate: qa nullus antea talem exercuerat ſeueritatē. Filium: magum .i. iudicē lingua perſica.

m Agnā & bonā partē laudis ī claris uiris ēt illa uendicāt: trāſit Valerius ad capitulū ubi de g̃uiter dictis aut factis tractat ex q

i Am Cambyſes iuſitate ſeueritatis: q̄ mali: cuiuſdā iudicis ex corpore pellem detractam ſelle intendit in eaq; filium eius iudicatuꝝ conſidere iuſſit cæterum & rex & barbarus atroci ac noua pœna iudicis ne quis poſtea corrumpi iudex poſſet prouidit.

Grauiter dicta aut facta. Capitulum quartum.

m Agnā & bonā laudis partē ī claris uiris ēt illa uendicant q̄ aut ab his grauiter dicta aut fcā pertinax memoria uiribus æternis compræhēdit: quorum ex abundāti copia: nec parca nimis nec rurſus auida manu quo magis deſiderio ſatiſ faciat q̄ ſacietati abundet: hauriamus. De. M. Torquato:

c Iuitate noſtra canenſi clade percuſſa cū admodū tenui filo ſuſpenſa reip. ſalus ex ſociorū fide penderet: ut eorum animi ad imperium romanū tuendū conſtantiores eſſent: maiori parti ſenatus principes latinorum in ordinem ſuū ſublegi placebat: anius autē Campanus ēt conſulem alterum Capuæ creari debere aſſeuerabat. ſic contuſus & eger romani imperii ſpiritus erat: tunc Manlius torquatus filius eius: qui latinos apud ueſerim inclinata pugna fuderat: quam poterat clara uoce denunciauit: ſiquis ſociorum inter P. C. ſententiam dicere auſus eſſet continuo ſeipſum interempturum: hæ unius mine & romanoꝝ lāguentibus animis calorem priſtinum reddiderunt: & italiam ad ius ciuitatis nobiſcum exequendum conſurgere paſſe non ſunt: nāq; ut patris armis ita uerbis fi lii fracta ceſſit. De Manlio.

p Ar illius quoq; Manlii grauitas cui cum conſulatus omnium conſenſu deferretur: eumque ſub excuſatione aduerſæ ualitudinis oculorum recuſaret inſtantibus cunctis alium inquit quirites quæritæ: ad quem hunc honorem tranſferatis: nam ſi me gerere eum cœgeretis nec ego mores ueſtros ferre: nec uos meum imperium perpeti poteritis ſi

dictis aut factis tractat ex q bus non parua utilitas legētibuſ acccidere ſolet cū legerint q̄tum profuerit dictis grauibus aut factis uti. Claris: nobilibus uiris p tinax ualde tenax & firma memoria. Eternis uiribus: nunq̄ perituris & ceſſuris e memoria.

Quorum ex abundanti copia multa ſunt q̄ grauiter dicta & facta narrari poſſūt. ſed ex ea multitudine ſolū ea eligamus q̄ deſideriū lectoris expleant nō ſacietatis faſtidiū afferant. Parca nimis manu: auara nimis manu ne minus q̄ ſufficiat ex his tollāus.

Nec auida manu: ne auiditate ducti tot hauriamus exēpla q̄ faſtidiū generent. Sacietati abūdet .i. abundet ad ſacietatam.

Ciuitate nr̄a canenſi clade perculſa Apud cānas apuliæ uicum ab Hānibale labefactatis uiribuſ romanis placebat cōſulibus ut primores latinorū ī P. C. numero admitterentur. Et cum adeo afflicta res pu. eſſet ſecundi belli punici tempore ut per ſe ſuſtētari poſſe nō uideret p̄ter latiorū relationē cāpani ēt ut alter cōſul capuæ traheret ī petrare cōtēdebant. maior pars ſēatus ī hoc prona erat ut latinorū principeſ in patrū conſcriptorū ordinē ſuum ſūeret. quo illos redderet cōſtantiores. Manlius āt torquatus clara uoce denunciauit. ſi ſociorū quiſq̄ ſniam inter ſenatores dixerit aut ſi ciuiū aliqs poſtulatū hoc conceſſerit mea dextera confeſtim pibit. his minis p̄ſtinus feruor romanoꝝ animos ſegnes occupauit neq; italiā paſſe ſūt torquati minæ ī paria ſenatoꝝ auſpicia deuenire: ſed quē admodū uicti armis patrıs ceſſerāt itali. ita ēt filii Manlii uerbis cōfuſi abierūt. Tenui filo: ſuſtētatiōe exigua. nā ſi ſocii ad Hāni

balē defeciſſēt: actū erat d̄ rōanis. Calorē p̄. feruorē uirtutis quē aīa hūerāt. Par illius. quo. Mā. g̃.

De grauiter dictis ait Manlii. patris illius q uerbis italiā ſuperauit. Inſtātibus cūctis ut. ſ. eū ſūeret.

Priuati Manlii ſine magiſtratu. Ponderoſa uox:grauitate plena uerba. Quam faſces:quam ponderoſum fuiſſet iperium illius cõſulis.nam faſces duodecim conſuli præferebantur. Nihilo:ideſt non minus grauiter locutus eſt Scipio quã manlius. Pro roſtris:ideſt in roſtris.& hoc Exemplũ ſpectat ad id quod dixerat in contione Valerius.nam ſequens exemplũ reſpicit ad id quod dixit i curia.

Viriatum ducem hiſpaniæ qui decem annis cum romanis dimicauit. Diſſenſio:ſcilicet utri prouintia illa demandaretur. Optinuit:omnes enim illius comprobarunt ſententiam.

Inuicem:uice uerſa. Ipſam curiam:ideſt omnium ſenatorũ ordinem. Ante oculos regis ſtupentiſ huius magnanimitatẽ.

Ei tanquam ſoc. nam ubi intellexit popilius antiochum populo romano obtemperare dextram ei tum demum apprehendit tanquam amici non hoſtis romani. Publii autem:hæret. Va.grauiter dicta an grauiter facta prius commemoret rutilii certamen grauiter dicta ipſius aduerſus amicum primo narrare contendit. Iniuſte rogationi:iniqne petitioni. Reſiſteret : renueret. Sũmam indi.nam indignabatur qđ omnia ab eo nequiret obtinere.

priuati tam ponderoſa uox quam graues faſces cõſulis extitiſſent.

De Scipione Aemiliano.

n Ihilo ſegnior ſcipionis Aemiliani:aut ī curia:aut in contione grauitas qui cum haberet conſortem cenſuræ. Mumium ut nobilem ita eneruis uitæ pro roſtris dixit.ſe ex maieſtate reip.omnia geſturum : ſi ſibi ciues:uel dediſſent collegam:uel non dediſſent :

De Eodem Scipione.

i Dem cum Seruius Sulpitius galba & Aurelius cõſules in ſenatu contenderent:uter aduerſus Viriatum in Hiſpaniam mitteretur : ac magna inter P.C. Diſſenſio eſſet:omnibus quo nam eius ſnīa inclinaretur expectantibus neutrum inquit mihi mitti placet : quia alter nihil habet:alteri eſt nihil ſatis:æque malã licentis imperii magiſtram iudicans īopiam:atq; auaritiam:quo dicto ut neuter in prouintiam mitteretur obtinuit.

De Popilio legato.

c N.uero popilius a ſenatu legatus ad Antiochum miſſus:ut bello ſe quo ptolemæum laceſſebat:abſtineret cum ad eũ uẽiſſet:atq; his prõpto aĩo & amiciſſimo uultu dextrã ei porrexiſſet:inuicem ei ſuã porrigere noluit.ſed tabellas ſenatuſconſultum continentes tradidit quas:ut legit Antiochus:dixit ſe cum amicis collocuturum.indignatus popilius quod aliquam moram interpoſuiſſet:uirga ſolum quo inſiſtebat:denotauit:& prius inquit quam hoc circulo excedas: da reſponſum quod ſenatui referam:non legatum locutum:ſed ipſam curiam ante oculos poſitam crederes. continuo enim rex affirmauit fore: ne amplius de ſe ptolemæus quæreretur:ac tum demum popilius manum eius tanquam ſocii apprehendit. Quam efficax eſt animi ſermoniſq; abſciſſa grauitas!eodem momẽto Syriæ regnum terruit:ægypti texit.

De Publio Rutilio.

p Vblii ãt Rutilii uerba ꝑus :an facta eſtimẽ:neſcionã utriſq; æque admirabile ineſt robur.Cũ amici cuiuſdã iniuſte rogationi reſiſteret atq; is ꝑ ſummam indignationem dixiſſet. Quid ergo inqt mihi opus ẽ amicitia tua:ſi quæ rogo non faſcis!reſpõdit īmo q̃d mihi tua ſi propter te aliquid īhoneſte facturus ſum!

Huic uoci: ſcilicet immo quid mihi opus eſt tua ſi propter te iniuſte aliquid ſum facturus. Ordi num diſſenſione: nam de iudiciis patres & equites cõtendebant. Obſoletam: ſqualidam ueſtem inſi gnum mœroris. Inſignia ſenatoris: nam togam & palium detinuit. Supplices: ideſt ipſe ſupplex nõ orauit iudices ne ſe damnarent. Splendore præteritorum annorum humilius: ideſt nihil ſubiectius dixit claritate exactæ uitæ. Periculum: damnatio. Impedimentum grauitatis: nam ſicuti ante cla riſſimis fuerat ita damnatus cauit ne quid ſua grauitate faceret indignum. Impotentis armis: ideſt armis arrogantis ſuperbi ſcyllæ

h Vic uoci conſentanea illa opera quod magis ordi num diſſenſione quam ulla culpa ſua reus factus nec obſoletam ueſtem iduit: nec inſignia ſenatoris de poſuit: nec ſupplices ad genua iudicum manus teten dit: nec dixit quicquid ſplendore præteritorum anno rum humilius. effecitq; ut periculum non impedimẽ tum grauitatis eius eſſet: ſed experimentum: atq; etiã cum ei reditum in patriam ſcyllana uictoria præſtaret in exilio ne quid contra leges faceret: remanſit: quapro pter fœlicitatis cognomen iuſtius qs moribus grauiſſi mi uiri quã impotentis armis aſſignauerit. Quod qui dem Scylla rapuit: Rutilius meruit.

De Marco Bruto.

m Arcus Brutus ſuarum prius uirtutum quam pa triæ parentis parricida. uno enim facto & illas ĩ p fundum præcipitauit: & omnem ſui nominis memo riam inexpiabili deteſtatione profudit: ultimum præ lium imiturus negãtibus id quibuſdam cõmitti opor tere: fidenter inquit in aciẽ deſcendo: hodie enĩ aut rec te erit: aut nihil curabo. præſumpſerat uidelicet neq; uiuere ſe ſine uictoria neq; mori ſine ſecuritate poſſe.

De populo Cininienſi.

c Vius mẽtio mihi ſubiicit. quod aduerſus. D. Bru tum in Hiſpania grauiter dictũ eſt: referre: nam cum ſe ei tota pœne Luſitania dedidiſſet: ac ſola gẽtis huius urbs Cinania pertinaciter arma retineret: tenta ta redemptione propemodum uno ore legatis Bruti re ſpondit: ferrum ſibi a maioribus quo urbem tuerẽtur non aurum quo libertatem ab imperatore auaro eme rent: relictum. Melius ſine dubio homines noſtri ſan guinis hæc dixiſſent: quam audiſſent. Sed illos natura in hæc grauitatis ueſtigia deduxit.

De Socrate philoſopho.

s Ocrates ãt græciæ doctrinæ clariſſimũ columẽ: cũ Athenis cauſã diceret: defenſionem quã ei Lyſias a ſe cõpoſitam qua in iudicio uteretur: rĩcitaſſet: dimiſ ſã & ſupplicẽ ĩminẽtiq; procellæ accõmodatam: aufer inquit quæſo iſtã: nam ego ſi adduci poſſem: ut ea in

M. Brutus ſuarum prius uirtu tum quam patriæ parẽtis parri cida: Nõ poteſt Valerius hoc ex emplum ſine crimine adulatiõis narrare cum dicat ipſum potius Brutum uirtutes ſuas extinxiſſe quam Iulium Cæſarẽ uita ꝑuaſ/ ſe. Parricida: Cæſaris occiſor q patriæ patrem ſe appellari cu/ piebat. Inexpiabili deteſtatiõe implacabili iuincibili deteſtatio ne: nã tale fuit facinus ut purga/ ri nequeat. Perfudit: abiecit. ſed aperte mentitur Valerius ut aduletur Tyberio. Nihil cura bo: ſi uictus quaſi dicat moriar.

Cinania: ciuitas munitiſſima. Tentata redemptione: nam de tius per legatos ipſos ad redem tionem laceſſiuerat. Imperato re auaro: qualis erat Detius qui auro illos obſidione liberare pollicebatur. Socrates ãt græ ciæ doctrinæ clariſſimum colu/ men: Accuſatus Socrates ꝙ reli/ gionem uiolaret quia quos ipſe acceperat deos in patria recuſa/ ret. accuſatus etiam ꝙ contra iuſ & fas pueros corrumperet: cau/ ſam dicebat cum Lyſias præſtan tiſſimus orator orationem lucu lẽtam & copioſam de illius cau ſa recitans ei perſuadebat ut illã commiſeratiõi idoneam. Pro ſe tutando agere uellet. Defen ſionem: Ideſt defenſionis oratio nem. Lyſias: præſtantiſſimus orator. Dimiſſam commiſera tionis plenam. Imminenti. iſtã ti periculo. nam capitali ſuppli/ cio damnatus erat.

Vltima:conſtat ĩmanes & efferatas gẽtes in ſcythia extitiſſe. Extingui:mori hauſtu cicutæ. Qua .ſ.uoluit ipſum ſupereſſe.i.ſuperuiuere. Ideo.i.quia uirtutem eius expertus erat. Tauro.i. tenus tauro monte & uim hẽt tenus quam tenet uerſus.melius enĩ poſt ponit̃. Parmenion:alexandro amı ciſſimus. Vocem duabus:Vox ĩqt non ſolũ reſpondebat duabus uictoriis quas fuerat cõſecutus: ſed ẽt q̄ fortuna conceſſit:tertiam merebat̃. Tertia.ſ.uictoria:in qua oẽs uires darii exhauſit:& ipſe a ſuis occiſus eſt darius. Magnifici aĩ:nam magnanimitate hoc dixerat alexander. Status ꝓſperi:ui ctoriis enĩ oneratus erat:& dein de ẽt uictor euaſit. Cõditionẽ ſuam: ad ultimã neceſſitatẽ per ducti:magna miſeria afficiebant̃

Glorioſior:nã gloriã certe me ruit uox illa. Optabilior:non optanda tam̃ quia in calamitate uerſabant̃. Implicanti:intrican ti:nã quia accuſati fuerãt q̄ arcẽ thebanam inducıarũ tempoĩ oc cupaſſent:tanta pecunia dãnabã tur quanta exſolui non poſſet.

Prælaturos.i.ſe antepoſituros mortẽ:oneri intollerabili. Nec parũ.Spartanus ẽt quidam noĩe pedaretus ut ĩqt plutarcus gra uiter rn̄dit:nã cum ille & uite & moribus p̄ſtans contenderet:ut in numero trecẽtorũ poneretur qui ordo apud ſpartãos cæteris honore p̄ſtat:neq; id impetrare potuiſſet:ridens & geſtiens diſce debat.Reuocatus ab ephoris:in terrogatuſq; cur tantopere ride ret̃ præſertim in magiſtratu uic tus reſpondit:non mediocri læ titia afficior cum intelligam no ſtram remp. nõnullos meliores uiros hr̃e. Spartani cuiuſdam: nomine pedaretus.

t Empus eſt quoq;: poſtq̄ in quit ſatis d̄ aliis uirtutibus diximuſ:dignũ eſſe uidetur:ut ẽt iuſtitiam ipſam cõmemoremus in cuius penetralibus & æquita tis & probitatis reſpectus uerſat̃

Sancta penetralia: penetralia dicunt̃ interiora loca tẽplorum: ubi ſacra reponunt̃. Religioſa cũ obſeruatione:nã ea fide ſeruã da eſt iuſtitia: q̄ deorum religio & cultus uenerat̃. Studiũ:appe titus uolũtas cedit uerecũdiæ:nã pudor appetitui nr̃o nonnunq̄ repugnat:& nos a uoluntate no ſtra deterret. Cupiditas:cedit romani:nã ratione adhibita:cu piditates ſuas homines repellũt

Ducitur: exiſtimatur: & fer me concludens dicit: nihil in ea utile exiſtimari debere: quod non etiam honeſtum uideatur.

ultima Scythiæ ſolitudine perorarẽ:tum meipſũ mor te mulctandũ concederẽ.ſpiritum cõtẽpſit: ne careret grauitate.maluitq; Socrates extingui:quam Lyſias ſu pereſſe.

De Alexandro rege.

q Vantus hic in ſapientia tãtus in armis Alexander illã uocem nobiliter edidit. Dario enĩ uno iam & altero prælio uirtutẽ eius experto atq; ideo partẽ regni Tauro tenus monte & filiam in matrimoniũ cum de cies centum milibus talentum pollicente cum Parme nion dixiſſet:ſe ſi Alexander eſſet uſurum ea conditio ne r̄ſpondit:& ego uterer ſi Parmenion eſſem: uocem duabus uictoriis reſpondentẽ dignaq; cui tertia: ſicut euenit:tribueretur.

De Lacedæmoniis.

a Tq; hæc quidẽ & animi magnifici & ꝓſperi ſtatus illa uero qua legati lacedæmoniorũ apud patrem eius miſeram fortunæ ſuæ conditionẽ teſtati ſunt:glo rioſior quam optabilior.intolerabilius enĩ oneribus ci uitatem eorum implicanti ſiquid morte grauius ĩpera re perſeueraret:mortem ſe prælaturos reſponderunt.

De quodam ſpartano.

n Ec parũ graue Spartani cuiuſdam dictum:ſiqui dem nobilitate & ſanctitate præſtans:& in petitio ne magiſtratus uictus maxime ſibi eſſe letitiæ prædica uit:quod aliquos patria ſua ſe meliores uiros haberet: quo ſermone repulſam honori adequauit.

De iuſtitia.Capitulum quintum.

t Empus eſt iuſtitiæ quoq; ſancta penetralia adire:in q̄bus ſemp æqui ac ꝓbi facti reſpec tus religioſa cũ obſeruatõe uerſat̃:& ubi ſtu diũ uerecundie cupiditas rõi cedit:nihilq; utile q̄d pa rum honeſtũ uideri poſſit:ducitur:eius aũt præcipuũ & certiſſimum inter omnes gẽtes noſtra ciuitas exem plum eſt.

De ſenatu populo romano.

Camillo cõsule: Liuius ab urbe condita: hoc ẽt exemplum narrat iustitiæ: quam de se p̃stitit camillus cum exercitũ haberet contra falisços. Cũ longa obsidione præmerẽtur falisci: neq; tñ illorũ urbe imperator romanus potiri posset: Ludi magister qui publicæ puerorũ curam gerebat: occasionem sibi oblatã reatus consequẽdi præmii nõ mediocris a romanorum duce: si opera sua falisçorũ urbs expugnaretur: plurimos falisçorum principũ & nobilium pueros cũ simularet se eorum aios relaxare: longius ab urbe pertraxit: & nullo tale qd sperante: in castra romana deductos impatori tradit: hoc tam infandũ consiliũ diuersum a præceptoris snia habuit exitũ: nam camillus primo hunc magistrum grauiter reꝑhendit q̃ ad sui similem se uenisse credidisset deinde pueros iubet uirgis p̃ceptorẽ manus post terga ligatum & nudatum cedẽtes itra mœnia remitti: quo pacto falisci tãta camilli: humanitate cõmoti urbis quam armis expugnare non poterant ro. portas apperuerunt & se in ptãtem ro. ducis cõmiserũt.

c Amillo consule falisços circunsedente magister ludi plurimos & nobilissimos ĩde pueros uelut ambulandi gratia eductos in castra romanorũ perduxit: qbus interceptis non erat dubiũ quin falisci deposita belligerendi pertinacia: traditurι se nostro ĩperatori essent: ea re cognita senatus censuit: ut pueri uinctũ magistrum uirgis cedentes in patriam remitterẽtur: qua iustitia animi eorũ sunt capti: quorũ mœnia expugnari non poterant: nanq; falisci beneficio magisq̃ armis uicti portas romanis aperuerunt.

De eodem senatu.

e Adẽ ciuitas aliquotiens rebellando: sẽperq; aduersis cõtusa præliis. tandem se Quinto Luctatio cõsuli dedere coacta est: aduersus q̃ seuire cupiens populus ro. postq̃ a Papyrio cuius manu iubente cõsule uerba deditionis scripta erant: doctus ẽ falisços non ptãti sed fidei se romanorum cõmisisse: omnẽ iram placidamente deposuit: pariterq; & uiribus odit non sane facile uinci assuetis: & uictoriæ obsequio quæ promptissime licentiam subministrat: ne iustitiæ suæ deesset: obstitit.

De eodem populo romano.

i Dem cũ cõsul. P. Claudius camerinos ductu atq; auspiciis suis captos sub hasta uẽdidisset: & si ærarium pecunia fines agris auctos animaduertebat: tamẽ quia parũ liquida fide id gestum ab imperatoꝝ uidebatur: maxima cura conqsitos redemit: hisq; habitandi gratia locũ in auentino assignauit. & prædia restituit: pecuniam ẽt non ad curiam sed ad sacraria edificanda sacrificiaq; faciẽda tribuit. iustitiæ quæ promptissimo tenore effecit: ut exitio suo lætari possent: quia sic renati erant: Mœnibus nostris & finitimis regionibus quæ adhuc rettuli: quod sequitur per totum terrarum orbẽ manauit.

De eodem senatu & Fabricio.

t Himocares ãbracienſis Fabricio cõsuli pollicitus ẽ se Pyrrhum ueneno p̃ filiũ suum: q potõibus præ

tam infandũ consiliũ diuersum a præceptoris snia habuit exitũ: nam camillus primo hunc magistrum grauiter reꝑhendit q̃ ad sui similem se uenisse credidisset deinde pueros iubet uirgis p̃ceptorẽ manus post terga ligatum & nudatum cedẽtes ĩtra mœnia remitti: quo pacto falisci tãta camilli: humanitate cõmoti urbis quam armis expugnare non poterant ro. portas apperuerunt & se in ptãtem ro. ducis cõmiserũt.

Camillo. fallitur Va. ná tpe tribunorum militũ fuit Camillus. & quãuis consules crearentur tamen ut asserit Liuius nunquam constat Camillũ cõsulẽ extitisse. fuit ergo tribunus militũ uel magister eqtũ. fuit ẽt dictator. Circunsedente. i. obsidente. Ambulandi. causa laxandi illorum animos & recreandi. Ea. laudem oẽm huius eqtatis Camillo tollit Valerius: ná si Liuio credimus iniussu sẽatus hæc omnia pfecit quæ senatu Valerius ascribit: sed sẽatus qd fecerat Camillus ꝓbauit. Eadem: primo bello pũico cũ rebellassent falisci. Q. Luctatium consulem aduersus eos populus romanus illis infensus mittit. hic debellatis falisçorũ copiis septimo die illorũ urbẽ obsidere cœpit. & eos paulo post in fidẽ accepit. Aduersis: ifœlicibus p̃liis nam semp superabãt. A papyrio: scribã cõsulis q huius fœdus deditionis iussu ꝺsulibus scripserat. Viribus odii: odiũ q̃st inuincibile ẽ. & odiũ intelligit qd aduersus falisços romãi cõcepãt Nõ: ná odii uires difficulter uincunt. Victoriæ. i. licentiæ victoriæ. oía enim uictori licẽt. Luctu. bñ dixit nã cõsul & iperator erat Claudius. Parũ liquida: parũ sincera fide. illi eni se in rõanorum fidẽ cõmiserãt. In auẽtino monte romano ab aduentu auium denominato. nã secus tyberim situs est. Adtribuit ut & templa struerent & sacra perficere possent ipsi camerini. Thimocares ambricienſas. plutarcus & Aulus gelius nõ senatui sed cõsulibus, id

iustitiæ genus attribuunt. & nõ Timocarẽ sed niciam qui ueneno pyrrhum tollere uoluit fuisse confirmãt. Neq; legatos missos ad Pyrrhum sed epistolas asserunt: In quibus significabant se iniuriis ipsius cõmotos arma sumpsisse admonebantq;: ad nos uenit nicias pollicens se ueneno occisurum te si a nobis præmium sibi decerneretur. præmiũ negauimus & ne qd tale a nobis speraret prædiximus tales deuita insidias. nã nisi caues iacebis. hoc equitatem admiratus pyrrhus captiuos oẽs ro. cõsulibus restituit. Ea res: quã pollicitus erat thimocares si ꝑmium accepisset. Huius generis. s. ueneni. Vr

bem romã. A filio martis: a romulo conditam q martis progenies creditus est. Vtroq; modo duplici in re iustitiam senatus significauit: nã pyrrhũ noluit ueneno necari: ne reliquæ natiões romanorum exẽplo usæ hostes suos necarent: noluit ẽt indicare regi illum q romanis uoluerat ꝑ desse. Malo exẽplo: ne exẽplũ cæteris gentibus darent ueneno occidendi hostis. Sũma iustitia hoc exemplũ apd Titũ Liuium ab urbe cõdita legitur. Ferigine: lacus in uolscis. Inclinatam: in fugã uersã. Correxerãt: emẽdauerant enĩ id quod negligẽtia ducis factum fuerat. Collega eorũ: qui & ipse tribunus pl. erat

In squalore: in atris uestibus & merore. Quoad: quousq;. Imperator ipsorũ: atracinus qui fuerat illorum imperator. Retinẽtes: ipsi tribunitiam ptãtem gerẽtes. Qua iustitia. i. illa iustitia q̃tuor tribunorũ. Exasperassent concitassent: aiassent aduersus se

Perduelliõis. i. capitis: nam perduelliones dicuntur qui pertinaciter bellũ optinent usq; ad mortem: ide perduellio dicitur capitale iudiciũ. Cõem cõsternationẽ. i. totius populi concitationẽ

Priuata: sui ipsius ira. Demoliri: idest destruere. Primæ classis: nã classes suas hẽbant centurias & in iudiciis ad suffragia danda uocabant tribus. Claudiũ: cuius gens plebi inuisa erat.

Collega suo: claudio: ãbo enĩ censores fuerant. In factis: nã d eadẽ censura iudiciũ erat. Gracho causæ. i. popilius ẽt in dicta cã gracchum reum esse noluit. i. noluit ipsũ cãm dicere. Sacrosãcte ptãtis: tribunatus: tribuni enĩ sacrati hẽbant. Priuatæ pfidæ: pfidie solius cotte. Obtentui: prætextui. Latentem in tri. i. q tutus erat i tribunitia potestate.

erat: necaturum: ea res cũ ad senatum delata esset: missis legatis Pyrrhũ monuit ut aduersus huius gñis ĩsidias cautius se gereret: memor urbẽ a filio Martis cõditã armis bella nõ uenenis gerer debere. Thimocaris ãt nomẽ suppressit: utroq; mõ æquitatẽ ãplexus: qa nec hostẽ malo exẽplo tollẽ: nec eũ qui bene mereri paratus fuerat: ꝑdere uoluit. De quattuor tribunis ple.

s Vmma iustitia ĩ quattuor quoq; tribũis plebis eo dẽ tpe cõspecta ẽ. Nã cũ Lucio Atracinio sub quo duce aciẽ nr̃am apud feruginẽ a uolscis inclinatã cũ cæteris equitibus correxerãt: diẽ ad populũ. L. Hortẽsius collega eorũ dixisset: pro rostris iurauerũt ĩ squaloꝝ se esse: quoad ĩperator ipsorũ reus esset futurus. nõ sustinuerĩt enĩ egregii iuuenes cuius armati periculũ uulneribus & sãguiẽ suo defẽderãt: eius togati ultimũ discrimẽ: ptãtis ĩsignia r̃tinẽtes ĩtuer: q̃ iustitia mota cõtio actiõe Hortẽsiũ desistere coegit: q̃ se ẽt ei facto qd̃ seqt̃ exhibuit. De Tyberio Graccho & Caio Claudio.

c Vm Tyberius Gracchus &. C. Claudius ob nimis seuere gestã censurã maiorẽ ꝑtem ciuitatis exasperassent diẽ: his. M. popilius tribunus ꝑduelliõis ad populũ dixit: præter cõem cõsternationẽ: ꝑuata ẽt ira accensus qa necessariũ eius. Rutiliũ ex publico loco pariẽtẽ demoliri iusserãt: quo ĩ iudicio ꝑmæ classis pmultæ cẽturiæ: claudiũ apte dãnabãt: de Gracchi absolutiõe uniuersæ cõsentire uidebant̃: q clara uoce iurauit si de collega suo grauius eẽt iudicatũ ĩ factis se paribus eandẽ cũ illo pœnã exilii subiturũ: eaq; iustitia tota illa tẽpestas ab utrisq; fortunis & capite depulsa est claudiũ enim populus absoluit: Graccho causæ dictione. M. popiliuꝰ remisit. De collegio tribunorum.

m Agnã laudẽ & illud collegiũ Tribunoꝝ tulit: qd̃ cũ unus ex eo. L. cotta fidutia sacrosãctæ ptãtis creditoribꝰ suis soluere nollet: d̃creuit: ut si neq; solueret pecuniã: neq; daret se: cũ quo spõsio fieret: appellantibꝰ eũ creditoribꝰ auxílio futuꝝ ĩiquũ ratus maiestatẽ publicã ꝑuatæ ꝑfidiæ obtẽtui eẽ. Itaq; cottã ĩ tribũatu

Quasi in:quasi in templo lateret:nã qui in templis latebant nulla ui ledi poterant:neq; inde auelli. Eque illustrẽ:equaliter lucidũ.i.parem laudi tribunorum. In iudiciũ:causa actionis hæc fuit: dabat enim crimini illi q; ab eo sacra publica pœnatũ quæ fierent lauini non recte factitaret:qa se nolu erat collegio augurũ ascribi. Fortuna:nã dubiũ erat dãnaretur Scaurus an absolueret. Aspireret: faueret suæ actioni. Ruinã.i.traheret Scauri pniciem. Si:idest si nõ faueret fortuna. Obtrectatione.i.q; ausus fuisset tanti uiri quãtus erat Scaurus accusationẽ suscipere. Sũmo.ĩmensa uoluntate & appetitu. Inimicus:nã inimicissimum hẽbat Scaurus. Domitius.cõstat eũ sup acerrimũ fuisse.& tam oĩa hæc superauit iustitia. Diuersa.nã diuerse ab odio sentiebat. Nefariũ.detestabile iudiciũ actiõis. Obseruatis. nouit enĩ serui uocẽ audire. Indicis.nã os clausit serui crimĩa dñi ĩdicare uolẽtis. Cõsulẽ: cũ Cassio cõsul extitit. Põtificẽ.nã in .q.Marii cõsulatu popl'us domiciũ pontificẽ maximum creauit.

Nec.L.Cras.tãto odio prosecutus ẽ.Gn.car.quãto Scylla Marium insectatus ẽ & hoc pp factiones q̃ erant inter eos:alter enim Marii alter Scyllæ partes tutabatur.Sed cũ Scylla legatis senatus populiq; romani rñdisset se in illorũ ptãte fore si eiues p̃cinnam & mariũ proscriptos q; ad eum cõfugerãt restituerent' in priã reliqs pribus id probantibus. Gn. Carbo quo minus id fieret ipedimẽto fuit.qn ẽt obsides a ciuitatibus latinis coloniis & municipiis oĩbus exigebat ut in marii fide pstarent.q d̃ tam fieri senatus passus ñ ẽ. Detulerat:accusauerat.L.Crassus q; ẽt patrem huius Carbonis dãnauerat. Vt sicut: erat signatũ sigillatũ. Iã.L.Scylla.Laudat ĩ scylla iustitiã Vale.q̃ usus est in seruũ sulpitii ruffi q̃ nihil p̃stãtius agere potuit. Sulpicius ruffus tr.pl.legẽ ꝑmulgauit in populũ ut ꝑuintia ponti quæ scyllæ demandata fuerat ĩ Marium trãsferet': hic ẽt iaudita temeritate atq; insolentia extitit. sup enĩ trecentis militibus stipatus ĩcedebat q̃si satellitibus huic legi cũ senatus cõsensu. Qu. Põpeius

quasi in aliquo sacrario latentẽ tribunitia inde iustitia extraxit. De Gneo Domitio tribuno plebis.

c Vius ut ad aliũ eque illustrẽ transgrediar .Gn. domitius tribunus plebis .M. Scaurũ pricipem ciuitatis in iudiciũ populi deuocauit:ut si fortuna aspiras set ruinã:si minus: certe ipsa obtrectatiõe amplissimi uiri:incrementũ claritatis apprehenderet:cuius oppri médi cum sũmo studio flagraret:seruus Scauri ad eũ nocte ꝑuenit:instructus; se eius accusationẽ multis & uariis dñi criminibus ꝑmittẽs : erat in eodem pectore inimicus:& Domitius & dñs diuersa æstimatiõe nefariũ iudiciũ perpendẽs.iustitia uicit odiũ : cõtinuo enĩ & suis auribus obseratis & ĩdicis ore clauso duci eũ ad Scaurum iussit.accusatorẽ ẽt reo suo ne dicã diligẽdũ certe laudandũ quẽ populus tũ propter alias uirtutes: tũ hoc nomine libentius & cõsulem:& censorẽ:& pontificem maximũ fecit. De Lucio Crasso.

n Ec aliter se.L.Crassus in eodẽ iustitiæ experimento gessit.Cn. Carbonis nomen infesto aĩo utpote inimicissimũ sibi detulerat:sed tamẽ scriniũ eius a seruo allatũ ad se cõplura continẽs : q̃bus facile opprimi posset ut erat signatũ cum seruo catenato ad eum rmi sit.Quo pacto igit' inter amicos uiguisse tunc iusticiã credimus cũ inter accusatores quoq; & reos tantum uirium obtinuisse uideamus. De.L.Scylla.

i Am.L.Scylla non se tã incolumen quã Sulpiciũ Ruffum perditũ uoluit tribũitio furore eius sine ullo fine uexatus.Cæterum cũ eum ꝑscriptũ & in uilla latentẽ a seruo proditum cõperisset: manumissum paricidam ut fides edicti sui extaret : præcipitari protinus saxo Tarpeio cũ illo scelere pto Pileo iussit uictor

& Scylla resisterent ui sulpicii e foro expulsi sunt & cõsulis filius iterẽptus.scylla clã se subtraxit & ad castra ꝑfectus ẽ.legati a rõanis missi ne exercitus curã Mario cõmitterẽt a militibus ĩdignatis nouitate rei occidũt'.in urbẽ cũ copiis reuertit' scylla & dubia aliq̃diu fortũa cũ Mario usus tãdẽ oĩa in ptãtẽ suã redegit & infestos sibi ciues ꝑscripsit.inter quos ẽt hic sulpitius fuit q; sibi fuerat tã ifensus. Sed cũ nusquã reperiet' sulpicius cuius salute nihil erat scyllæ molestius edictũ fieri iussit q; si qspiã seruus illũ indicasset cõfestim a se libertate donaret'. Manumissam.i.seruũ illũ q; herisui mortẽ q̃siuerat libertate donatũ. Fides:nã ita spopõderat scylla in edicto suo. Saxo:ex arce tarpei mõtis. Parto:adepta manumissiõe cũ illo scelere ĩdicii herilis:raso eni capite insignũ donatæ libertatis:seruis dabat' pileus

Alioquin:aliis in rebus. Hoc imperio.i.in hac iussione qua fecit seruum illum præcipitari: iustissimus apparuit. Pittacus:ex mitylena fuit: & unus e septē sapientibus quos græcia celebrat.

Sygæo:promontorio:qđ athenienses usurpare cupiebāt. Reclamantibus:renuentibus obstātibus mityleneis. Deposuit:imperio se abdicauit. Minuere: homines enī existimassent ipsū auiditate præmii:non gloria uirtutis pro patria dimicasse. Alterius:themistoclis prudentia. Alterius:ideſt aristidis possit præsētari:ideſt īdicari iustitia. In classem: in naues propter apollinis oraculum. Xerse:rege persarū.

Ru.patriæ: nā athenas xerses destitutas solo equauerat. Dominatio:ditio maris:nihil enim deinde erat qđ athenienſibus obstaret. Vniuersa contio:omnis populus: & in hoc ēt cōtionis iustitia continet. Nec expedire: non utile esse id qđ equū non uideretur. Incœpto delende spartanorum classis. Seleucus urbe seleucus hic locrensium princeps fuit & quemadmodum pisistratus lacedæmoniis leges saluberrimas tulerat:ita & hic locrensibus legum lator extitit:qui inter cæteras leges hanc quoq; tulit. Si quis publicæ ī adulterio comparatus fuerit:utrūq; ei oculum eruito. Necessitatem pœnæ.necesse enim erat filio oculos erue re:si leges seruari deberēt. Vsū: utilitatem uel consuetudinem uiuendi. Debitum:mensuram quæ debebat:uā oportebat ipsū supplicium sumere de legū iure.

alioquin insolens hoc imperio iustissimus.

Externa De Pittaco Mityleneo.

u Erum ne aliēigenæ iustitiæ obliti uideamur Pittacus Mityleneus cuius aut meritis tantum ciues debuerunt:aut moribus crediderūt:ut eius suffragiis tyrannidē deferrent:tādiu illud imperium sustinuit: q̄ diu bellum de Sygæo cū athenienſibus gerendū fuit: postq̄ autem pax uictoria parta est:continuo reclamātibus Mityleneis đposuit:ne dominus ciuium ultra q̄ reip.necessitas exegerat permaneret:atq; etiam cum recuperati agri dimidia pars consensu omnium offerret auertit animum ab eo munere:deforme iudicās uirtutis gloriam magnitudine prædæ minuere.

De Aristide athenienſi.

a Lterius nūc mihi prudentia ſferenda est:ut alterius repræsentari iustitia possit cū saluberrimo consilio themistocles migrare athenienses in classē coegisset. Xerseq; & copiis eius Gratia pulsis ruinas pſiæ in pstinum hītum reformaret:& opes clādestinis molitōnibus ad principatū græciæ capessendū nutriret: ī cōtione dixit:hre se rem deliberatōe sua prouisā:q̄ si fortuna ad effectū perduci passa eēt nihil maius aut potentius athenienſi populo futurū:sed eā uulgari nō oportere: postulauitq; ut aliquis sibi cui illā tacite exponere daret:datus est aristides. Is postq̄ recognouit classē illam lacedæmoniorum:quæ tota apud Citheum subducta erat:uelle incendere:ut ea consumpta domīatio maris ipsis cederet:processit ad ciues:& ſttulit Themistoclem ut utile consilium ita minime iustum animo uoluere:euestigio uniuersa contio quod æquum non uideret:nec expedire qdē proclamauit:ac ptinus Themistoclē incœpto iussit desistere. De seleuco locrēsi.

n Ihil illis ēt iustitiæ exemplis fortius Seleucus urbe locrensiū a se saluberrimis atq; utilissimis legibus mūita:cū filius eius adulterii crimīe dānatus scđm ius ab ipso constitutū utroq; oculo carere deberet:ac tota ciuitas in honorē pris necessitatē pœnæ adolescentulo remitteret:aliquādiu repugnauit:ad ultimū prcibus populi euictus suo pus:deinde filii oculo eruto usum utriq; uiuēdi reliqt:ita debitū supplitii modū legi reddidit æqtatis admirabili tēpamēto se īter misericordē patrē & iustū legislatorē ptitus. De Charunde Tyrio.

s Ed aliq̃to Charunde tyrii præfractior & abſciſſior iuſtitia & uí & cruorẽ uſq; ſeditioſas cõtiões ciuiũ pacauerat: lege cauendo ut ſiqs eas cũ ferro intraſſet: cõtinuo interficeretur: ĩteriecto deinde tpe ex lõgĩquo rure gladio accíntus domũ repetẽs ſubito ĩ dicta cõtõe ſicut erat: in eã ꝓceſſit ab eoq; q ꝓxime cõſtiterat ſolute a ſe legis ſuæ mõitus. Idẽ ego illã inqt ſanciã: ac ꝓtinus ferro qđ hẽbat diſtricto incubuit: cũq; líceret culpam uel diſſimulare: uel errore defendere: pœnam tamen repreſentare maluit nequa fraus iuſtitiæ fieret.

De fide publica. Capitulum Sextum.

c Vius imagine ante oculos poſita uenerabile fidei numen dexteram ſuam certiſſimum ſalutis humanæ pignus oſtentat: quã ſemper in noſtra ciuitate uiguiſſe & omnes gentes ſenſerunt: & nos paucis exemplis recognoſcamus

De ſenatu populo Ro. & Marco Aemilio Lepido.

c Vm Ptolemæus rex tutorẽ populũ ro. filio reliqſſet: Senatus. M. Aemiliũ Lepidũ pontificẽ maximum bis conſulẽ ad pueri tutelã gerendã Alexandriã miſit: ampliſſimiq; & integerrimi uiri ſanctitatẽ reip. uſibus & ſacris comparatã externæ procurationi uacare uoluit: ne fides ciuitatis noſtræ fruſtra petita exſtimaretur: cuius beneficio regia cunabula cõſeruata pariter: ac decorata incertum Ptolemæum reddiderunt: patris ne fortuna magis an tutoris maieſtate gloriari deberet.

De Ciuitate Romana.

s Pecioſa quoq; illa romana fides ingẽti pœnorum claſſe circa Siciliam deducta: duces eius fractis animis cõſilia petẽde pacis agitabãt. Quorum dux Amilcar ire ſe ad conſules negabat audere: ne eodem modo catenæ ſibi iniicerẽtur: quo ab ipſis Cornelio Aſine cõſuli fuerant iniectæ. Hanno aũt certior romani animi eſtimator nihil tale timendum ratus maxima cũ fiducia ad colloquiũ eorum tetendit: apud quos cũ de belli fine ageret: & tribunus militum ei dixiſſet: poſſe illi merito euenire qđ Cornelio accidiſſet: uterq; cõſul tribuno tacere iuſſo. iſto te ĩquit mœtu Hãno fides ciuitatis noſtræ liberat: claros illos fecerat tantum hoſtiũ ducem uincere potuiſſe: ſed multo clariores fecit noluiſſe.

De eodem ſenatu.

Charunde: principis tyrii. Tyrii: phenicie oppidi. Præfractior: rigidior. Interiecto: ꝓcedente tpe. Proxime conſtiterat. i. q ꝓximior & uicinior erat

Solute: uiolatæ legis a ſe ꝺditæ

Idẽ. i. ego ipſe qui eã ſolui. Sãciam: firmabo illam. Ne q̃. i. ne alii ſub erroris ꝓtextu: arma ferrẽt: & ius eqtatis uiolaret. Cuius. ſ. iuſtitie imagine. Poĩta: illã enĩ poĩtã repreſentauit exemplis. Venerabile. i. fides in nũero deorũ coli debet. Dextram maiores enĩ in dextera fidẽ cõtineri dicebãt & páno cádido iuoluebant dexterã ſignificãtẽ ſincerã fidẽ eſſe debere. Certiſſimũ: dexteræ appoſitio ẽ. certa náq; eẽ debent quæ iunctura dexteræ firmant. Oẽs. quæ cũ nſa rep. negociũ habuere. Alexandriá: egypti oppidũ. Ampliſſimi pp honores & mgſtatus quos geſſerat Integerrimi pp uitæ moderationẽ. Reipu. uſibuſ: reip. utilitati inſeruiebat. & ĩ ea plurimũ pollebat. Sacris: publica enĩ ſacra adminiſtrauerat Aemilius ut pote põtifex maximus. Fruſtra. i. ne alii eſtimarent irritã fuiſſe Ptolomæi fiduciá quã in po. ro. fide repoſuiſſet. Cõſeruata: nã i illũ incõlumẽ ſeruauerat. Decorata: ornata pp tãti uiri curam & adminiſtrationẽ. Ptolomæum pñis cognominẽ. Specioſa: primo punico bello. C. du. & Gn. Cor. aſina cõſules aduerſus pœnos ĩ Siciliã exercitũ duxerũt. Cornelius ãt ab haniõe & Amilcare ducibus carthaginẽſiũ q ingentẽ claſſẽ illuc deduxerant circũuẽtus & ad colloqum accitus dolo capıt & in uícula conicitur

Fractis. nã uidebant ſe uiribus ro. inferiores. Cornelio: quem ad colloqum uocatũ aĩciri iuſſerãt. Certior q melius fidẽ ro. intelligebat. Fine. nã ut bellũ finiret pacẽ ĩpetrare ſtudebãt. Claros. hoc uidelicet potius ſe tã ꝑſtantiſſimũ pœnoꝝ ducẽ uícere ſplẽdidos reddit conſules ro. ſed noluiſſe illum dolo ſuperaſ ſplẽdidiores ipſos reddidit.

Eosdem hostes:carthagiñ. Parem fidem:qualẽ consules Hanioni præstiterãt. In:ut ius legatio ni debitum tuerentur neq; uiolari peterent. Legatis q romam se contulerant ut pacem optinerent. Manus.i.eos pulsauerant. Claudio.s.existente.nam fæciales cũ prætore ipsos tradidere in potestatem legatorũ: Se tunc senatus.i.quid se dignum esset aspexit. Non eos qbus præstabat: nõ aspexit indignos esse legatos carthaginensiũ qui totius fœdera rupissent.qbus Minutius & Manilius traherẽtur. Repræsentemus.i.in medium referamus. Romã missos:ut fœdus renouarent. Eos:Fabium & Apronium qui ius legationis uiolauerant. Illam curiam:locũ in quo senatus habebatur:& est ordo:qs ideſt aliquis dixerit illã curiam esse mortalium conciliũ an non dixerit potius fidei tẽplũ

Post duorum in hispaniã Scipionum.Mirandum est cur Valerius dicat hanc Saguntinorum fidem præstitam esse post cladẽ duorum scipionũ in hispania occisorum.cũ constet hanc sagunticladem in p̃ncipio secundi belli punici fuisse acceptam. quod ipse liuius testatur a quo Valerius dissentit:& a ueritate etiam alienus esse uidet.Hannibal domita hispania cũ animo agitaret italiam inuadere:& romanor̃ imperium euertere.saguntum populo romano cõfederatum aggreditur:& illud expugnare contendit.quod cum parum processisset:totum oppidum septum obsidere cœpit. Romani saguntinis q aliquotiens auxilium iplorauerant.lõgitudine itineris nõ tam repente succurrere poterãt q̃ illorum necessitas exigeꝛ uidebatur.Itaq; ad ultimã necessitatẽ redacti cum neq; commeatus neque aliæ res necessariæ suppeterent. Rogum in foro accendunt:in mediumque rebus quæ unicuiq; cariores erant collatis & res & seipsos potius cremari passi sũt:quam a romanorum fide desistere uoluerint. Totidem exercituum: nam duo Scipiones cum exercitibus suis in hispania deleti fuere a carthaginẽsibus. Collatis: simul allatis in aceruum. Publico: nam in foro erat & omniũ consensu rogus constitutus. Crediderim tunc ipsam fidem: quasi per deplorationem tantæ fidei:hoc dicit Valerius. Speculantem: ex alto considerantem. Mœstũ gessisse uultum:ideſt mœstitiam quandam per se tulisse.

a Duersus eosdẽ hostes parẽ fidem in iure legatiõis tuendo.P.conscripti exhibuere.M. enĩ Aemilio Lepido.L.Flãminio cõsulibus.L.Minutium.L. Manilium carthaginensiũ legatis quia manus his attulerant:per sęciales reddendos curauerũt:Sed tunc Senatus non eos qbus hoc præstabatur:aspexit.

De superiore Africano.

c Vius exemplum superior Africanus secutus cum honustam multis & illustribus carthaginensium uiris nauem in suam potestatem redegisset: inuiolatã dimisit:qa se legatos ad eum missos dicebant: tam & si manifestũ erat illos uitandi præsentis periculi gratia falsum legationis nomen amplecti:ut romani imperatoris potius decepta fides q̃ frustra implorata iudicaretur.

De Senatu populo Romano.

r Epræsentemus etiã illud senatus nullo modo prætermittendum opus.legatos ab urbe apollonia romã missos:Qu.Fabius.Cn.Sẽpronius ædilis orta cõtentione pulsauerunt:quod ubi comperit cõtinuo eos per fæciales legatis dedit:quæstorẽq; cum his Brundusiũ ire iussit:nequam in itinere a cognatis deditorum iniuria acciperent:illam curiam mortalium q̃s concilium an templum fidei dixerit: quam ut ciuitas nostra semper benignam præstitit:ita etiam ĩ sociorum quoq; animis constantem recognouit.

Externa.

p Ost duorum in hispania Scipionum: totidemq; rõani sanguinis exercituũ miserabilẽ stragem.Saguntini uictricibus Hannibalis armis intra mœnia urbis suæ compulsi: cum uim punicam ulterius nequirent arcere: collatis in forum quæ unicuiq; erant carissima atq; undiq; circundatis:accensisq; ignis nutrimẽtis ne a societate nostra desisterent.publico & communi rogo semetipsi superiecerunt. Crediderim tunc ipsam fidem humana negocia speculantem mœstum gessisse nultum perseuerantissimũ sui cultum inique fortunæ iudicio tam acerbo exiut damnatum cemẽtẽ

Perſeuerantiſſimum ſui cultum: ideſt ſaguntinos tam perſeueranter ſui numinis cultores. Iniq; fortunæ iudicio: iniuſta fortuna tale de illis iudiciū egerat: ut tā acerbe tollerent. Acerbo exitu: crudeli morte. Damnatum. i damnatos ſaguntinos. Idē præſtando: quod præſtiterāt ſaguntini. Laudis: fidei. Implorātes: petentes. Recentem: pauloante acceptā cladem cannēſem in qua quinquaginta milia romanorū deleta ſunt. Vrbe egeſta. i. exhauſta fœminis & oī ætate ībelli. Famē trahe rent: prolatarent famē. i. ut cōmeatus non tam ſubito aſumeretur. Reſpectū romanæ ſocietatis de po. i. quam obliti uiderent ſocietatis quā cum romanis habuerāt Petiliam: ciuitatem Calabriæ. Fidum ſepulchrū: nam ut ī fide cū romanis pſiſterent mori oēs maluerunt & in ea humi mādari quā pœnorū gratiam amplecti.

In pyratico in pyratica naui. nā mioparo ꝑpriæ pyratica na uis dr̄. Rependi recompensa ri. Cæleste nu. Cæsar diuinus. Ab iniuria q̄ a pyratis accepat. Attento stu. accurata diligētia. Polemo: adolescēs fuit turpis simus. Illecebris eius: turpitudi ne luxuriæ. Ipsa infamia ifamiā q̄ ex libidie luxuriæ prouēiebat ipse tota mēte cōplexabat. Xe nocratis: hic phūs nobilissimus fuit & stoicus & cū iā senior eēt ac cū reliqs intrasset ut d̄ phiæ p̄ ceptis cōicaret. Agesilaus iterro gauit qsnā hic eēt: cui cum quidā dixisset. hō ē q pcepta phiæ stu dioosissime q̄rit ille qa iā senior eē Xenocrates respondit & q̄do ea utet si nōdū ipsā muēit? Per lucida ue. īdutus uestē adeo tenu iter textā ut pluceret illius cor pus. Nō cōtētus. i. nō cōtentus intrasse tāto luxu q̄ gēus ignominiæ fuit nō mediocris addidit ēt ut sederet. Indigna. nā oēs idigna bāt q̄ illudēdi gra illuc intrasset tā uiolētus. Vultū: q̄ signū fuit nō pturbati ai. Modæ. hæc differt int se. nā gustus & tactus ad tēperantiā. reliq uero sēsus ad modestiā referūt. Resipi. ad se redire coac tus polēo. Et hoc admiratiōe nō mediocri prosequndū ē q̄ adeo pditus adolescēs tā subito a sua osue tudine discedere posset. Intra paliū re. intra paliū: qd̄ fuit pudoris ac modestiæ signū. Oris cōui ualis hilaritatē. i. deposuit uultū exhilaritatem qualē conuiuantes hēre solent. Totam luxuriam .i. omnem luxuriæ libidinem. Vnius orationis: quam habuerat Xenocrates. Ex ifami ganeo ne: ex turpi libidinoso: nam ganeum dicitur lupanaria cubilibus uulpium denominatum: quæ in foueis habitant. Euasit effectus est: ipse enim præceptis philosophiæ se præbuit.

Mioparo

c Aius autem Cæsar cuius uirtutes aditū sibi in cælū īstruxerunt: inter primæ iuuentutis initia priuatus Asiam petens a maritimis prædonibus circa insulā pharmacusā exceptus: quinquaginta se talentis redemit: parua igitur summa clarissimū mundi sidus ī piratico mioparone repēdi fortuna uoluit. Quid est ergo quod amplius de ea re q̄ramur sine consortibus quidem diuinitatis suæ parcit? Sed cæleste numen se ab iniuria uindicauit: continuo. n. captos prædōes crucibus affixit. attēto studio nostra commemorauimus remissiore nunc animo aliena narrentur.

Externa De Polemone Athenense philosopho:

p Erditæ luxurie Athenis adolescens Polemo neq; illecebris eius tantummodo: sed ēt ipsa infamia gaudens: cum e conuiuio non post occasum solis: sed post ortum surrexisset: domumq; rediens Xenocratis philosophi patentem ianuam uidisset uino grauis unguentis delibutus: sertis capite redimito plucida ueste amictus refertā turba doctorum hominum scholam eius intrauit. nec cōtentus tam deformi ītroitu consedit ēt ut clarissimum eloquiū & prudentissima præcepta temulentie lasciuiis eleuaret: orta deinde ut parerat omnium indignatione Xenocrates uultum in eodem habitu continuit: omissaq; re quā differebat de modestia ac tēperantia loqui cœpit: Cuius grauitate sermonis resipiscere coactus Polemo: primo coronam capite detractam proiecit: paulopost brachium intra palium reduxit: procedente tempore oris conuiualis hilaritatem deposuit ad ultimum totam luxuriam exuit: uniusq; orationis saluberrima medicina sanatus ex infami Lenone maximus philosophus euasit

Peregrinatus est huius animus: illud de animo polemonis dici potest cum uidelicet peregrinatũ fuisse in nequitia nõ habitasse. Peregrinatus ẽ: peregrinamur ĩ aliena regiõe. Nõ habitauit hitamus. n. ĩ nostra regione. Piget themistoclis adolescẽtiam attingere: De mutatione morum themistoclis narrare incipit. quæ profecto magna extitit: nã cum ab adolescentia sua flagitiosus esset: neq; rei familiaris curã haberet sũptuosus. n. uitam ducebat: pater Neocles ipsum a se abdicauit: matrem ẽt Neacarnãdem adeo dolor stimulauit: ut cũ obscelera exhæredatũ filiũ cerneret nõ dubitauerit laqueo gulam frangere: ne tanta sollicitudine ĩdies præmeretur: hæc tam̃ patris abdicatio nõ themistoclis animum fregit: sed erexit. cũ. n. intelligeret ignominiã illam nõ sine magna uirtutis specie extingui posse ad cognatos & familiares confugit moderatæq; se agere cœpit. Patrẽ: neoclem. Natã ignominiam abdicationis pp. n. uitæ turpitudinẽ pater ipsum exhæredauit. Matrem neacarnãdem. s. aspitiam. Suspẽdio finire uitam. nã se suspendit mater cũ dolore nimio afficeretur ꝙ tam turpẽ filium haberet. Græci sanguis totius græciæ. Medium pignus. i. pignus inter europam & asiã. Europæ. i. græciæ quæ ĩ eurpa sita est. Asiæ propter persas qui in asia sunt. Spei. nã deuicto Xerse ĩ spem græcia erecta ẽ. Desperationis. nã desperatis rebus solus Xerses patriã petiuit. Patronũ: defẽsorẽ cũ apud salaminã persas fugauit. Vadẽ uictoriæ spõsorem uictoriæ cũ Xersi promisit se facturum ut græcia omnis ĩ suam potestatem deueniret. Cimonis uero ĩcunabula cimõ hic Milciadis filius fuit quem fa uum ĩ adolescentia fuisse omnes atheniẽses crediderũt. procedẽte uero tempore impatorẽ cum utilissimum experti sunt: magnitudineq; rerum ab ipso gestarum admirati quẽ in sanum ãtea crediderant uariis ornatum ttopheis nunc conspiciebãt. ille enim apud strimonẽ flumẽ tracas fugauit. Amphibolĩq; ciuitatem struxit & eo decem milia atheniensiũ hĩtatũ duxit. Apud michalem & phichalem trecentarum nauium classem phœnicum superauit asperos & atheniẽsibus infestissimos dolopas dispulit Cũq; ex integro bellum græcis Xerses instituisset græci ducem cimonem atheniẽsem constituunt filium Milciadis quo duce apud marathonem pugnatũ est. sed cimonis magnitudinẽ futurã pietatis documenta prodiderunt. quippe pr̃em ob crimen peculatus ĩ carcerem proiectũ: ibiq; defunctum trãslatis ĩ se uinculis ad sepulturã redemit: nec ĩ bello deligẽtiũ græcorũ iudiciũ ipsos fefellit. siqdem nõ inferior uirtutibus pr̃is cimon Xersem terrestri naualiq; bello superatũ trepidum se recipere ĩ regnum suum coegi. Incunabula: p̃ncipia adolescentiæ. Opinione stulticiæ: omnes enim ipsum stultum esse opinabantur. Imperia salutaria: patriam enim suã ductu atq; auspiciis suis græciæ principem fecit. Nãq; Alcibiadem quasi duæ fortunæ ꝑtitæ sunt: Et secũda ĩquit & aduersa fortuna ĩuicem sibi alcibiadẽ diuiserunt. Illa enim ipsum oĩbus opibus atq; honoribus cõdecorauit. hæc uero oĩa illa præclara abstulit ipsumq; miserũ factum uiolenta morte affecit. Vitia atq; uirtutes ipsi Alcibiadi parere uidebantur tãtaq; ĩter utrasq; uarietate extitit. ut oĩbus inotuerit naturã ĩ eo uiro ostẽdere uoluisse qd efficere posset nihil ẽt admirabilius ĩ utraq; uitiorũ & uirtutũ sorte apparuit. Duæ fortunæ: secunda. s. & aduersa. Nobilitatẽ eximiã: nã picli p̃ncipi athenaꝝ cõiũctissimus fuit. Formã p̃stãtẽ: singularẽ pulchritudinẽ: oẽs. n. ætatis sue uiros ille supauit forma. Fauorẽ eximiũ ciuiũ: ciuibus. n. g̃tus erat. Sũma ĩpia: ĩpator sũmus extitit.

peregrinatus est huius animus in nequitia non habitauit.

De Themistocle Græco:

Piget Themistoclis adolescentiam attingere siue patrem aspiciam abdicationis in iungentem notã siue matrem suspendio sui finire uitam propter filii turpitudinem coactam: cum omnium postea graii sãguinis uirorum clarissimus extiterit: mediumq; Europæ & Asiæ uel spei uel desperationis pignus fuerit. hæc. n. eũ salutis suæ patronum habuit: illa uadem uictoriæ assumpsit.

De Cimone Atheniensi.

Cimonis uero incunabula opinione stulticiæ fuerũt referta eiusdem stulticiæ imperia salutaria Athenienses senserunt: itaq; coegit eos stuporis semetipsos damnare: qui eum stolidum crediderant.

De Alcibiade.

Anq; Alcibiadẽ quasi duæ fortũæ ꝑtitæ sũt altera q̃ ei nobilitatẽ eximiã: abũdãtes diuitias formã præstãtissimã: fauorem ciuium propensum: summa ĩperia

Præcipuas ſingulares uires potẽtiæ. Flagrantiſſimũ ingeniũ:callidiſſimum ingenium. Altera: fortuna aduerſa. Damnationẽ.nam damnatus fuit & deuoratus. Venditionẽ bonorũ: nã dãnati ipſius bona publicæ uendita fuerẽt. Odiũ patriæ omnes.n.poſt cladem ĩ Aſia acceptã ei infeſtiſſimi fuerunt Violentã mortem.nã iuſſu triginta tyrãnorum eſt trucidatus. Perplexa:implicita.nã modo a ſecundis ad aduerſa modo ab aduerſis ad ſecunda trãſiuit. Ad ĩuidiam uſq; polycratis ſamiorum tyrãni abundãtiſſimis bonis conſpi.uitæ fulgor euaſit:Polycratis mutationem fortuuæ cõmerat q mira fœlicitate uſus omnium ĩ ſe inuidiam cõtraxit quicquid ille ſperabat facile conſequebatur:nihilq; fruſtra conabatur: fortuna.n.id ſibi confeſtim offerebat.Itaq; cum uelle ac poſſe ſibi ĩ manu eſſent nulla cura nulla ſuſpitione præmebatur. Societatem ẽt cum ſamnitico egyptiorum rege iniuit q cum miraret cur illi omnia ex ſnĩa cederent. ĩuidia commotus dixit ſe nolle illius amicitiam niſi moleſtũ aliquid ſentire poſſet. Polycrates ne perpetua fœlicitate fueretur Anulo quem cariſſimum hẽbat ſe priuauit & in profundum maris dei ecit haud multo poſt piſcatores piſcem miræ magnitudinis capiunt regi dono tradunt. coquus in inteſtinis piſcis inuentum Annulũ quem ipſe rex abiecerat geſtiens Polycrati offert. id cũ ad aures ſamnitici puẽiſſet ratus ingens malum illi iminere ſe amicitia polycratis abdicat.Interea horontes darii regis ſatrapes magna cupiditate eius interficiendi flagrabat. mittit igit ad eum legatos qui nuncient ſe cupere illius fœdus atq; amicitiam dicentq; Horonti pecuniã ingentem eſſe:Polycrati ãt prudẽtiam & fortunã:& ita facile eſſe utriuſq; imperium bello augeri. Audita Horontis legatione polycrates ſuos mittit q opes illius ĩtueantur. qbus Horontes uaſa multa plumbo plena:ſed quibus aurei philippi ſuperpoſiti erant.Illi aurum rati polycrati nunciãt ditiſſimũ eſſe Horontem.Filia polycratis cũ eum proficiſci uideret ipſũ ab itinere retrahere contendebat:illa.n.ſomniauerat ſe uidiſſe patrem ſublatũ die qdem ſudantem.nocte uero rore ſtilantẽ qd ſomnium ſibi peſtiferum eẽ credebat.ſed ſatis impellentibus pr̃ iritum ſomniũ filiæ ratus ad Horõtem profectus ẽ quẽ ſimul ac ĩ poteſtate habuit horontes in mõte mitilenẽſi. Ad inuidiã uſq; uſq; ad aĩum hominũ odiũ. Conſpicuus:iſignis fulgor uitæ. Oẽs cõatus:oẽs aĩ molitiones. Placido itinere: ſecũdo curſu fortunæ excipiebãt. Spes.n.cõcupite rei.i.qcqd ille ſpabat facile coſequebat: g̃ facile capiebat fructũ rei optate. Vultũ mutauit.i.ex hylari ſubtriſtẽ fecit. Succuſũ p q̃.i.uultũ quaſſatũ aſperitate exigua triſtitiæ. Abiecit:hortatu ſamnitici regis egyptiorum. Capto piſce. nã piſcis ĩ inteſtis annulũ habebat:quẽ regi piſcatores dederant. Plenis uelis trãſlatõ ſumpta ab his q nauigãtes a puppi uentũ hẽnt. Proſperũ curſũ proſperã nauigationẽ:uno.n.tenore fœlicitas illũ habuerat. Mitilenenſis montis:mõtis mitilenæ:unde pittaco fuit. Exquo uertice q a ſamiis cõſpici poterat. Putres artus:putrefacta mẽbra ĩ cruce.Illã leuã:manũ ſiniſtrã eius:nã ĩ leua anuli geſtãt.

præcipuas potentiæ uires flagrantiſſimum ingenium aſſignaret. Altera quæ damnationem :exilium.uenditionem bonorum.inopiam.odium patriæ uiolentam mortem infligeret :nec aut hæc aut ille uniuerſa : ſed ab ira : perplexa freto atq; æſtui ſimilia.

De Polycrate tyranno Samiorum.

a Dinuidiam uſq; polycratis Samiorum tyranni abundantiſſimis bonis conſpicuus uitæ fulgor exceſſit:nec ſine cauſa:omnes enim conatus eius placido excipiebantur itinere:ſpes certum cupite rei fructũ apprehendebat uota nuncupabantur ſimul : & ſolue bantur:uelle ac poſſe in equo poſitum erat: ſemel dũ taxat uultum mutauit:per quam breui triſtitiæ ſale bra ſuccuſum : tunc cum admodum gratum ſibi anulum de induſtria in profundum:ne omnis in commodi expers eſſet.abiecit : quem tamen continuo recuperauit capto piſce qui eum deuorauerat. ſed hunc cuius fœlicitas ſemper plenis uelis proſperum curſũ tenuit. Orontes Darii regis præfectus in excelſiſſimo Mitilenenſis montis uertice cruci:affixit : ex quo putres eius artus & tapido cruore manantia membra : at q; illam leuam cui Neptunus annulum piſcatoris manu reſtituerat:ſitu marcidam ſamos amara ſeruitute aliquandiu præſſa liberis ac letis oculis aſpexit.

De Dionyſio Tyranno.

Dionyſius autē hic dionyſius filius fuit illius dionyſii ſacri legii q cū templum delphici apollis ſpoliaſſet ſecundūq; uētum domum rediēs haberet conuerſus ad ſuos uidete iquit quam proſperū curſū ſacrilegis dii tribuant. Ille q̄is nō dederit pœnas delicti ſui filius tam nō uulgares ſuſtinuit. Nā cū hic de quo nunc loqtur. Dionyſius flagitiis plenus crudelitatē pluſquā credi poſſet in ſiculos exerceret: ſyracuſani facta conſpirationi ip̄m eicere tentabāt. Id cū ad tyrannū peruēiſſet: dubitauit primo an ſp̄te cederet. Deinde ſimulauit ſe pacē inire uelle cum ſuis. Itaq; petiuit ut ad ſe legatos mitterent. Sed cōfeſtim legatos ad ſe miſſos ī uincula coniecit: maiore indignatione turbati ciues ſūt. & creſcente tumultu cū ornatu regio & ſociis: ī italiā peruenit dionyſius: exulq; a locrenſibus excipitur: Ad ſolitā callidita tē cōuerſus dionyſius cū nil tale timerent locrenſes Arcē illorū occupat. & cū apud illos eēt: forte ita accidit ut locrenſes bello a pœnis p̄merētur. qui cum nulla ui illud ammouere poſſent: uouere ueneri uirgines ſuas. Cū āt aliter bellum ꝓcederet quā ipſi arbitrarent' credideī hoc accidere qa uota ceſſarent dionyſius ī contione ſuaſit ut uxores oēs atq; uirgines ornatiſſimo cultu in templū ueneris migrare facerēt: deinde lupanari conſecrarēt. prius tī oibus iureiurando aſtrictis ne ullas tangerent niſi proprias uxores: hanc locrenſes ſniam ſecuti ſūt: & cū uirgines atq; uxores ornatu p̄cioſo cultas in tēplū ueneris īmiſiſſēt: milites a dionyſio legati ornamenta illa omnia mulieribus detrahunt: nōnullas etiā habuit in quæſtione cū ſciſcitaretur quo ī loco uiri theſaurū occultaſſent. vi. ānis his dolis ac calliditatibus regnauit. Demū a locrenſibus expulſus in Siciliam reuertitur: ſyracuſanoſq; q ſe tutos lōga itercapedine exiſtimabāt iuaſit: & in urbē admittitur: hic deinde cū ad ſolitā ſeuitiā ſe conuertiſſet denuo a ciuibus ſuis propulſatur: q corinthū ſe recipiēs ad tātam īopiā peruenit: ut neceſſe ei fuerit & ludū aperire & pueros ī triuiis litteras edocere. Hæreditatis noīe: Cā hæreditatis. nam patri ſucceſſit. Syracuſanorū: ſyracuſæ metropolis ſiciliæ. Eqtatuū potens: multos habebat equites. Seqtur hunc Siphax rex conſi. fortunæ iniqua. expertus: Siphax numidiæ rex fuit. Secūdi autem belli pūici tēporibus q̄ maximū uictorie momentū ī eo uidebatur. Forte ita euenit. ut hinc a Scipione romanorum duce: illīc ab Haſdrubale cartaginenſiū imperatore ſolicitaretur. Scipio. n. in amicitiā romanorū ipſū adducere cupiebat: Haſdrubal āt ut carthaginēſibus auxilia ferret: nitebat'. Paulopoſt Siphax qui tāte dignitatis & poteſtatis fuerat: ut nō modo arbiter ſed ferme & romanorum & pœnorum uictor uideretur a ſcipione ad ultimam neceſſitatē redactus q̄ romanos ſpreuiſſet ī deditionem romanorum uenire cogitur. Conſimilem iniqtatem fortunæ. nā ſicut Dionyſius ita & Siphax regno priuatur. Expertus: Siphax rex numidiæ. Roma per Scipionē: nam per ſcipionē dignitas oīs roma reꝑſētabat'. Haſdrubalē: ducē carthaginēſiū. Ad pœnates deos eius: ad proprias illius ſedes ī qbus dii pœnates colebantur. Eo claritatis: ad eam claritatē. Victor: nā uictores ſe fore credebant illi quos auxilio ſequeret'. Legato. nā ī caſtris Lelius Scipiōis legatus erat. Regio iſidēs ſolio. nam regio more ī ſolio erat tūc cum ad eū peruenit Scipio ut auxilia peteret. Procubuit: prouolutus ē cū ad eū uinctus eductus eēt. Caduca nimiū & fragilia puerilibuſq; conſētanea crepidis ſūt iſta: hic Valerius de inanitate humanar̄ rerū loqtur quas fluxas & caducas adeo eē dicit ut nr̄a appellāda non ſint. cū bona minime diiudicētur: ea q̄ ſub poteſtate fortunæ poſita a nobis auferri poſſūt. Vera aūt bona dicūtur ea q̄ nullo fortunæ impetu agitātur ut prudētia. iuſtitia. temperantia. fides. modeſtia.

d Ionyſius autem cū hæreditatis nomine a patriæ ſyracuſanorum ac pœne totius Siciliæ tyrannidē accepiſſet maximarum opum dominus exercitū dux: rector claſſium: equitatuum potens propter inopiam litteras puerulos corinthi docuit: eodemq; tempore tāta mutatione maiores natu nequis nimis fortunæ ce deret magiſter ludi factus ex tyranno monuit.

De Syphace Rege.

ſ Equitur hunc Syphax Rex conſimilem fortunæ iniquitatem expertus: quem amicū hinc Roma per Scipionem: illinc Carthago per Haſdrubalem ultro petitum ad pœnates deos eius uenerat. Cæterū eo claritatis euictus ut ualidiſſimorum populorum non tm̄ arbiter uictorie ſed & uictor exiſteret: parui temporis interiecta mora catenatus a Lelio legato ad Scipionem imperatorem pertractus eſt cuiuſq; dexteram regio inſidens ſolio arroganti manu attigerat: eius genibus ſupplex procubuit. Caduca nimium & fragilia

Seqtur hunc.

Crepũdia q̃d ſit

Puerilibus crepidis:calceos puerorum intelligit pictos & ornatos qui ſpecioſiores quidem ſunt ſed cito euaneſcunt:aut dicit crepũdii.nam quecunq; ludi cauſa pueris dantur munuſcula crepundia nominantur. Affluunt cito.homines cito parant quæ etiam cito dilabũtur. Incertiſſimo flatu fortunæ:mobili temeritate fortunæ. Immergunt:obruunt.& eſt tranſlatio tracta ab his qui ſe maritis uentis cõmittunt.qui fortunæ inſtabilitati comparantur. Inflictorum malorum:malorum incuſſorum. Amaritudine.nam amara uidetur fortunæ mutatio ĩ peius. Deſiderium ſui duplicant. nam quãto plures homo poſſiderit diuitias tanto maiore earum deſiderio tenetur cũ eas amiſerit.

Nõ

Duplicant geminant deſiderium ſui:deſideramus autem ea quæ abſunt:cum.n.dicimus deſiderio fidem in te ĩtelligo fidem tibi deeſſe. Nixa firma ſtabilibus radicibus.

u Olubilis fortunæ:mobilis inconſtantis fortunæ Propitiæ:clæmentis benignæ fortunæ. Admodũ pauca:ualde pauca exempla.nã duo dũtaxat ſe fœlicitate exẽpla Valerius cõmemorat. Cupido animo:feruenti animo ac prodigo. Parco tenaci auaro aĩmo. Sibi imperauit:bene dixit ſibi ĩperauit quia contra naturam fortunæ eſt magna & ſtabilia bona hominibus erogare. Imperauit:ac ſi diceret coegit ſe obliuiſci malignitatis ſuæ. Plurima: ad numerum. Maxima ad quãtitatem perpetua ſtabilia bona.

Congerit : accumulat & ĩ unũ confert. Videamus ergo quot gradibus beneficiorum. Qu. Metellum:Nunc Valerius exequitur quod ſuperius promiſerat uelle dicere de his qui propiciã atq; ſtabilem fortunam ſenſerũt & primum exemplum eſt. Qu. Metelli macedonici: q̃ pſeudo ideſt falſum philippi macedoniæ regis filium ſuperauit.ſpecioſiſſimum ex illa uictoria triumphũ egit. Quot gradibus quot uarietatibus beneficiorũ.

puerilibuſq; cõſentanea crepidis ſũt iſta: q̃ uires atq; opes humanæ uocantur affluũt ſubito repẽte dilabũtur:nullo in loco:nulla in pſona ſtabilibus nixa radicibus conſiſtũt ſed incertiſſimo flatu fortũe huc atq; illuc acta quos ſublime extulerunt in prouiſo recurſu deſtitutos in profundo cladiũ miſerabiliter ĩmergũt itaq; neq; debent exiſtimari neq; dici bona quæ inflictorum malorum amaritudine deſiderio ſui duplicãt.

De fœlicitate. Liber Septimus.

u Olubilis fortunæ complura exempla retulimus:cõſtãtis propicie admodũ pauca narrari poſſunt:quo patet eam aduerſas res cupido animo infligere:ſecundas parco tribuere:eadem ubi malignitatis obliuiſci ſibi impauit non ſolum plurima ac maxima.ſed etiam perpetua bona congerit. De.Qu.Metello.Capitulum primum.

u Ideamus ergo quot gradibus bñficiorũ.Qu. Metellum primo originis die ad ultimũ uſq; fati tẽpus:nunquã ceſſante indulgẽtia ad ſũmũ beatæ uitæ cumulum perduxit.Naſci.n.in urbe terrarum principe uoluit parentes eĩ nobiliſſimos dedit:adiecit animi rariſſimas dotes & corpis uires:ut ſufficere laboribus poſſet uxorem pudicitia & fæcunditate conſpicuã cõciliauit.Conſulatuſ decus:imperatoriam poteſtatem ſpecioſiſſimi triumphi prætextam largita eſt.fecit ut eodẽ tẽpore tres filios conſulares:unum ẽt cenſorium triumphalẽ & quartum prætorium uideret : ut quæ

Nunquam ceſſante idulgentia benignitate fortunæ:nunquam ceſſante. Naſci.natus eſt rome quæ orbis terrarum princeps erat : quod fuit non parum fœlicitatis teſtimonium. Nobiliſſimos parentes. Qu.Metellus pater nobiliſſimus extitit. Rariſſimas animi dotes præcioſas dotes animi. nam ingenio plurimum & conſilio ualebat. Vt ſufficere laboribus poſſet: nam parũ profuiſſet illi habuiſſe ingenium : niſi etiam corpus animi conſilio ſuppeteret. Conſulatus decus: nam conſul fuit: quem domi foriſq; fœliciter adminiſtrauit. Imperatoriam poteſtatem. nã imperator contra pſeudo philippi miſſus eſt. de quo ipſe triumphauit. Prætextam. palmatam ueſtem. qua utebantur triumphantes. Tres filios conſulares. quam fœlicitatem in liberis ſenſerit auctor declarat. nam uno tempore quinq; habuit filios quorum tres conſulatum geſſerant. Quartus cenſor & triumphans: Quintus uero prætor extiterat. Plinius de uiris illuſtribus quatuor dũtaxat filios Metellum habuiſſe aſſerit: quod idem cicero in finibus bonorum & malorum

ſentit cum dicit. Qu.Metellus honoratus quattuor filiis quem extinctum filii filiæq; nepotes & nepte in rogo poſuerunt. Auguſtinus tamen in libro de ciuitate dei Valerii ſniam imitatur nuptui derat:in matrimonium locauerat. Sobolem:progeniē. Sinu ſuo exciperet.i.pectori admoueret. Tot partus.ſ.fuerunt illi:& ſuis. Incunabula:principia pueritiæ:incunabula proprie tempus eſt in quo pueri in cunis conſiſtūt ſed itelligamus adoleſcentes. Togæ:nam togati nobiles romani incedebant. Tam multæ nuptiales faces.i.tot connubia. Summa abundantia honoꝝ:nā honores plurimos ipſe cum ſuis fuerant aſſecuti. Imperia:iperatores extiterant. Omniſ gratulationiſ:omnes.n.affines & amici gratulabā tur q tāta fœlicitate uteret. Interim:iter hoc tēpus fœlicitatis.

tres filias nuptui daret:earumq; ſobolem ſinu ſuo exciperet:tot partus tot incunabula:tot uiriles toge tam multe nuptiales faces:horum imperiorum:omnis deniq; gratulationis ſumma abundantia : cum interim nullum funus : nullus gemitus nulla cauſa triſtitie : Cælum contemplare uix tamen ibi talem ſtatum reperies.quoniam quidem luctus & dolores deorum quo q; pectoribus a maximis uatibus aſſignari uidemus : hunc autem uitæ actum eius conſentaneus finis excepit:nam.Qu.Metellum ultimæ ſenectutis ſpacio defunctum leniq; genere mortis iter oſcula compreſſuſ q; chariſſimorum pignorum extinctum : filii:& generi humeris ſuis per urbem latum rogo impoſuerunt.

De Gyge domino lydiæ.

c Lara hæc fœlicitas obſcurior illa. ſed diuino ſplē dore præpoſita cum enim Gyges regno lydiæ armis & diuitiis abundantiſſimo inflatus animo Apollinem Pythium ſciſcitatum ueniſſet:an aliquis mortaliū ſe eſſet fœlicior decus ex abdito ſacrarii ſpecu uoce miſſa Aglaum ſophidiū ei prætulit. Is erat archadū pauperrimus: ſed ætate iā ſenior terminos agelli ſui nunquā exceſſerat paruuli ruris fructibus ac uoluptatibus contentus. Verū profecto beatæ uitæ finē Apollo non adumbratum oraculi ſagacitate complexus ē. Quo circa inſolenter fulgore fortunæ ſuæ glorianti

Nullum funus:nullū fatū ſuorum. Nullus gemitus.nullus dolor. Nulla cauſa triſtitiæ nihil illi extitit aduerſi:ex quo triſtitiam concipere poſſet. Contemplare cælū:ſi inquit cæleſtes conſiderare uoluerīſ Metello cō tigit id quod diis eripitur dii enī ſine ulla triſtitia eē non potuerīt ſi poetīſ fidem adhibere uoluerimus: q plærumq; deos:aut gemītes ut flētes inducunt. Contemplare.cōſidera. Cælum.i.cæleſtes. Ibi:i cælo. Talem ſtatū : *fœlicitatis qualis fuit ille metelli.* Quoniam quidē: Luctus & dolores:ut apud uirgiliū in decimo.Adiit alcides iuuenem:magnūq; ſub imo. Corde p̄mit gemitū:lachrymaſq; effūdit ianes.

A maximis uatibus a p̄ſtantiſſimis poetis ut ab homero & marone quoꝝ auctoritas magna ē apud oēs:ut ideo fides illis ſi adhibēda. Hūc actū uitæ hūc curſum uitæ tā fœlicē. Cōſentaneus finis mors cōſimilis excepit.

Clara hæc fœlicitas exēplum īquit q; ſequitur q̄uis hoc ſit obſcurius tī hoc illi p̄ſtat: q; ſnia & apollinis oraculo cūctis præpoſitum eſt. Obſcurior illa.i.quæ ſequitur hoīs fuit uilioris & ignobilioris. *Diuino* ſplendore:reſponſo apollinis p̄clariſſimo. Cū .n.gyges lydiæ armis:ad externa tranſit ad alterum dūtaxat ſubicit exemplū ut facile oſtendat:uerū eſſe quod ſupra commemorauerat fortunæ conſtantis ac propitie pauca admodum exempla narrari poſſet. Inflatus animo elatus regno lydiæ abundatiſſimo armis & diuitiis:lydia opum ditiſſima eſt. Pythium:apollo pythius dicitur a pythone ſerpente quem occidit. Ex abdito ſacrarii ſpecu ex intimo templi antro : ad quod phebas trāſibat cum mente deum concipere uolebat. Voce miſſa : per phebadem quæ oracula dabat. Aglaum ſophidium:nomen proprium. Archadum archadia pars eſt græciæ. Fructibus ac uoluptatibus:nam & uoluptatem & uictui neceſſarios prouentus ex prædiolo ſuo cupiebat neq; quicquā aliud ultra expetebat. Adūbratum: ornatū dubium inuolutum qualis eſt qui in diuitiis conſiſtit qui cum beatus finis uitæ eſſe uideatur a fœlicitate maxime eſt alienus. Sagacitate:calliditate oraculi cum pauperimum aglaum ditiſſimo regi præpoſuit. Quocirca: ideſt quapropter quia uerum finem beatæ uitæ eſt complexus.

Glorianti gyge qui gloriabatur ſplendore ſuarum opum adeo ut ſententia etiam apollinis oīum

beatissimus appellari peroptaret. Securitate tugu.i.uilem casam aglaii lœtam securitate. Curis & sollicitudinibus.i.curis quæ sollicitũ hoiem facer possũt. Paruasq; glebas.i.exigua iugeret mœtu carentia:& ubiq; intelligitur se probare respondit. Pinguissima lydiæ:nam fertilissima arua lydiæ esse perhibentur. Referte mœtu plena timoris.nã reges semper timent ne aut ueneno peant aut regno eiicantur. Vnum aut alterũ.i.unum aut duo paria boũ. Facilis tutelæ:quæ facile custodiunt secũdum aliquos unũ aut alterum iugum.boũ significat unum aut duo iugera.nam iuger est tãtum spacium q̃tum unum par boum ī die colere potest:sed quia supius agrorũ mẽtionem fecit satius est nos non iugera hoc loco. sed boues intelligere. Exercitus & ar.i.armatos milites. Voracibꝰ ipensis exercitus.n.militũ & eqtũ non nisi imoderatis sũptibus sustineri possũt. Nulli ni.ap.nã qa horreolũ ẽ & ī eo fructus pauci sũt nõ magnope ab aliis desiderat & ppea insidiis caret. Thesauros:auri & argẽti copiã. Astipulatorẽ assertorẽ. Vanæ op. nã persuaserat sibi se oĩum fœtu natissimũ eẽ cũ tñ nõ eẽt. Vbinã: quo in loco.i.in securitate.

Solida:firma integra. Sincera:mœra fœlicitas.

n Vnc id genus fœlicita.ex. Valerius ad capitulũ de sapienter dictis aut factis trãsitu rus dicit hanc eẽ aĩ fœlicitatẽ: & facile cæteris antepõit:Nulla.n. maior aut eẽ aut dici põt fœlicitas q̃ ea q̃ ẽ cũ prudentia cõiuncta q̃ prudentia sapiẽter dicta aut facta enitescit. In hĩtu aĩ: nõ in agris frugibus modicis ẽ sicuti superioris fœlicitatis genus: sed qd totũ ĩ dote & possessione aĩ uersat. Pectoribus p̃.i.ornatis sapientia.nã sapiẽtes solũ hac fœlicitate fruunt. Enitescit: claresçit dictis aut factis sapiẽtibus.i.p dicta aut facta sapĩa declarat in dictis.n.aut factis hoĩum sapĩa cõphendit. Apiũ cla.cre.soli.ac. hic narrare ĩcipit exẽpla uirorũ q aut sapiẽter aliqd dixert aut fecerũt. Negociũ:rei militaris exercitationẽ. Nõ q̃ igno.qũo hoc dicebat apius nõne ĩtelligebat fœlicẽ illoꝝ uitã q ĩ ocio uiuũt intelligebat sed alia rõe mouebat:credebat magna ĩperia ĩ rerũ admistratione gloriã aucupari nimio uero ocio ĩ lãgorem q̃ndã cõuerti. Præpotẽtia impe.magna & ãpla ĩpia q̃ta fuerat romanorũ & carthaginẽsiũ. In di.in ignauiã & lãgorẽ. Negociũ no.h.i.negociũ q̃ hoĩbus aspioris appellatiõis uidet iuisus ẽ.n.nomẽ negocii q̃ ocii. In suo sta.nã dum ĩ bellis gerẽdis occupati fuere rõani nõ solũ tutati sũt fines suos.sed ẽt impiũ dilatarũt & ẽt bñ uiuẽdi disciplina sẽp stabilis & itegra pmansit. Blãde ap.q.i.ociũ q̃ nom̃ placidius hẽt. Respit.i. cõmaculauit mores romanos.plurimis ui.sublatis.n.his q romãos ĩ armis cõtinebant urbs oĩs in luxũ atq; lasciuiã dissoluta ẽ.q̃ rõanis ociũ pniciosũ extiterit his uersibus iuuenalis declarat.Nũc patimur lõge pacis mala: seuior armis luxuria ĩcubuit uictũq; ulciscit orbẽ:nullũ crimẽ abest facinusq;:ex quo facile ĩtelligi potest q̃tis rõana urbs flagitiis abundaret. Scipio af.scipio ille africanus supior. Nõ pu.nã mlti post acceptas clades dicere solent nunq̃ putassẽ id ita euentuꝝ. Explorato:certo. Excusso diffinito cõ-

respondit magis se probare seueritate ridens tuguriũ: q̃ tristẽ curis & sollicitudinibus aulã: paucasq; glebas pauoris expertes:quã pinguissima Lydiæ arua mœtũ referta:& unum aut alterum iugũ boũ facilis tutelæ: quam exercitus & arma & equitum uoracibus impensis onerosum & usus necessarii horreolũ nimis nulli appetendum quam thesauros omnium ĩsidiis & cupiditatibus expositos. Ita gyges dum astipulatorem ua ne opinionis deum hẽre cõcupiscit ubi non solida & sincera esset fœlicitas:didicit.

Sapiẽter dicta aut facta. Capitulum secundum.

n Vnc id genus fœlicitatis explicabo q̃ totum habitu animi est:nec uotis patitur sed in pectoribus sapientia prædits natum dictis factisq; prudẽtibus enitescit. De Apio Claudio.

a Pium Claudiũ crebro solitũ dicere accepimus negocium populo ro. melius quã ocium cõmitti nõ q̃ ignoraret:q̃ iocũdus tranquillitatis status esset sed quod aĩaduerteret præpotẽtia ĩperia agitatione rerum ad uirtutem capescendã excitari nimia quiete ĩdesidiã resolui:& sane negociũ nomine horridũ ciuitatis nĩæ mores in suo statu continuit:blande appellationis q̃ es plurimis uitiis respersit. De Scipiõe Africano.

s Cipio uero africanus turpe esse aiebat in re militari dicere non putaram: uidelicet: quia explorato & excusso consilio quæ ferro aguntur administrari oportere arbitrabatur summa ratione:inemendabilis enim error qui uiolentia Martis committitur.

silio. Quæ se. a. q̃ bello tractãtur. Violentiæ ma. i. error q uiolẽto bello uel potãti martis cõmittit. i. error q ĩ bello cõmittit. Occasio: habilitas gerẽdæ rei. Aeqꝫ. i. utrũqꝫ & hoc & supius dictũ sapiẽter dixit. Prosperã. i. demẽtia ẽ ommittere bñ gerendæ rei occasionẽ q̃ cũ semel spreueris nũq̃ postea tibi fortasse offerret. Angustias: in necessitatẽ pugnãdi. Pestifere ignauiæ exitũ. i. exitũ & finẽ afferr ignauiæ q̃ pestifera ẽ alqñ. n. ad externã necessitatẽ adducunt. Ista cõmittit: uidelicet q neqꝫ occasiõe sumũt neqꝫ coacti pugnãt & ẽ ordo alter eoꝝ q ista cõmittunt. Iniurie resistere ne. iniuriã appellat

i Dẽ negabat aliter cũ hoste cõfligere debere: quam aut si occasio obuenisset: aut necessitas icidisset: æque prudenter: nã & prospe gerendæ rei facultatẽ ommittere maxima demẽtia ẽ: & in angustias utiqꝫ pugnãdi cõpolsũ abstinere se prælio pestifere ignauiæ affert exitũ eorũqꝫ q ista cõmittunt alter beneficio fortunæ uti alter iniuriæ nescit resistere. De. Qu. Metello.

q Vinti quoqꝫ Metelli tũ grauis: tum ẽt alta in senatu snĩa: qui deuicta Carthagine nescire se illa uictoria bõi ne plus an mali reip. attulisset asseuerauit: qm̃ ut pacẽ restituendo profuisset: ita hãnibalẽ submouẽdo non nihil nocuisset: eius. n. transitu ĩ Italiam dormientem populi ro. uirtutẽ excitatã metuiqꝫ debere ne acrí æmulo liberata in eundẽ somniũ reuolueretur in æquo igitur malorũ posuit uri tecta: uastari agros: exhauriri erarium & prisci roboris hebetari neruos.

De Licinio Fimbria Consulari.

q Vid illud factum licinii Fimbriæ consularis quã sapiens a. M. Luctatio pinthia splendido eqte ro. iudex additus despõsione: quã is cũ aduersario: quod uir bonus esset fecerat. nũquã ad iudiciũ pronũciatione sua finire uoluit: ne aut probatum uirũ si cõtra eũ iudicasset: fama spoliaret: aut iuraret eũ uirũ bonũ eẽ cum ea res ĩnumerabilibus laudibus contineatur forẽ sibus: hæc illa militaribus stipendiis prudentia exhibita est.

De Papyrio Cursore consule.

p Apyrius cursor consul cum Aquiloniã oppugnãs prælium uellet committere. pullariusqꝫ nõ prospantibus auibus optimũ ei auspicium renunciasset: de fallacia illius factus est certior sibi quidem & exercitu bonum omen datum credidit ac pugnam iniit. Cæteꝝ mendacẽ ante ipsam aciem constituit ut haberent dii cuius capite si quid iræ conceperant expiarẽt: directũ ẽ aũt siue casu siue cælestis numinis prouidẽtia: qꝫ primum cõtraria pte missum erat tælum in ipsum pilla

necessitatẽ ab hoste illatã cũ dubius sẽp belli euẽtus sit & tu ad necessitatẽ cõplectãdi fueris cõpulsus satius ẽ belli fortunã expiri q̃ sine marte ad ultimã necessitatẽ deduci. Ignauia. n. nĩa plæꝫ qꝫ hostes aiantur. Grauis auctoritate tãti uiri. Alta snĩa qa exꝑ fundo illius ingenio ꝓuenerat.

Deuicta carthagine: a scipione supiore africano. Profuisset: uictoria utilis fuisset restituẽdo pacẽ. Sũmouẽdo: pellendo hãnibalẽ ex Italia. Aemlo: hãnibale q uirtutẽ romã æmulabat. Eundẽ somnũ: ĩ translatione ꝑstat. i. in ꝑstinũ torporẽ. In æquo igi. ma. po. existimabat nõ minus ꝺ trimenti prouentuꝝ ex ocio si uirtus rõana lãgueſceret q̃ si flã ma atqꝫ bello italia populareť.

Exhauriri: euacuari ærariũ ut crebros exercitus rõani cõparẽt.

Et prisci roboris neruos hebetari. i. uirtutẽ romanã lãgueſceť.

Quid illꝺ factũ licinii fimbrie cõsularis q̃ sapi. M. luctatius eq̃s rõanus cũ aduersario suo spopõderat se uiꝝ bonũ eẽ & huius rei licinũ fimbrium iudicẽ elegerat ut ille eẽt ne ita diiudicaret licinius ne aut famã probati uiri minueret si aduersus eũ dixisset aut falso iuraret eũ uirũ bonũ eẽ cui aliqꝺ defuisset nunq̃ adduci potuit ut ꝺ ea re snĩam ferꝛt. Quid .s. dicimus. Quã sapiẽs. i. q̃ta sapientia refertũ. Despõsione: q̃ aduersario fecerat. luctatius. Nũ quã id iudiciũ pronũciatiõe sua finire uoluit. i. nunq̃ de ea re iudicare uoluit. Iuraret. nã iureiurãdo ipm affirmare oportebat luctatiũ uiꝝ bonũ eẽ. Innumerabilibus laudibus nõ paꝝ ẽ uiꝝ bonũ eẽ. nã necesse ẽ bonũ uiꝝ oĩbus uirtutis nũeris ꝓditũ eẽ. & ille ĩ quo sola uirtus defuerit uir bonus appellari nõ potest. Stipendiis forensibus. i. officiis in foro adhibitis. Papyrius cursor consul cũ aquiloniã oppugnans. hoc ẽt papyrii factum sapiens liuius ab urbe condita narrat. Aquloniam: urbẽ samnitium. Prælium

uellet cõmittere cum his q oppidum egreſſi fuerant. Pularius q per pullos auſpitia captabat. Nõ properantibus auibus.i.pullis nõ accelerantibus obiectã eſcam quod malũ erat omẽ. Omẽ ore da tũ credidit poſtq̃ inqt omen fœlix ore rettulit pularius latis eſt. Expiarent expurgarent. Directũ intentum. Siue caſu.i.forte quadã. Mendacem pulariũ q in auſpitio mentitus fuerat ut haberent dii:ut expurgarent dii periculo illius quicqd iræ ex ipſius mendatio contraxiſſent. Fidente aio: qa irã huius interitu dii ſatiauerant. Tã cito aiaduertit laudat huius uiri prudentiã:atq; iudiciũ Valerius q; oĩa ſimul uiderit:q̃ ad eã rẽ ptinerent. Iniuria ĩperatoriſqa a pulario deceptus fuerat. Violata religio qa deorum ſniam pperã ille declarauerat & mentitus fuerat. Egit:geſſit ſe papyrius. Virum ſeuerũ:qa iniuriam ultus eſt. Conſulẽ religioſum: uiolatã.n.rligionẽ expiauit. Imperatorẽ ſtrenuũ. nam uictoriã cõſecutus ẽ. Timoris modũ dato auſpitio bono ore nihil ultra timuit & pſertim cũ diis pulariꝰ pœnas dediſſet. Pœnæ gẽuſ qua pœna & quo genere mortiſq falſum dixerat affici deberet.

Spei uiam.nã qa culpa ſua nõ eẽt:occiſo pulario aquiloniã fidenti aio inuaſit. Nunc ad ſẽatus acta tranſgrediar:poſtq̃ auctor priuarim dixit de fortiter factis aut dictis:nunc illud idẽ publicæ facere cõtendit: ut dicat q̃ publicæ ſenatus ſapiẽter fecerit.

Acta ad ea q̃ ſapienter egit ſenatus. Inter ſe diſſidentes:cenſores ambo inter ſe inimicitias geſſerũt in qbus alter alterũ dãnauerunt. Reducit i gratiam.i. reconciliauit:ne eis rẽ pu.pmitteret:q inter ſe parum cõcordes eſſent. Priuatas diſſenſiones,p prias & ad eos ſolũ ptinẽtes diſſenſiones. Quia cõſimili ĩpio: optima ratio cur duces belli iter ſe rẽ bñ regere nõ poſſũt.nã q inter ſe diſſentiũt nõ ſtudent quo pacto ipſi pclaꝝ aliqd edant ſed quemadmodũ alter alterius acta interpellare poſſit. Cõſimili ĩpio:ĩ pari potãte:cõſulũ.n.alter alteri ſupior nõ extabat. Vbi:in quo ĩpio. Aliena opa acta inimicoꝝ nr̃orum & collegarũ. Interpellãdi:ipediẽdi. Vbi uero ẽt ptinax itercedit odiũ:aliã rationẽ ſubiũgit:ſed ubi ſolũ concordia nõ ẽ uerũ ẽt odiũ interceſſerit:nõ ſolũ ſe ĩpediũt:ſed ẽt iter ſe q̃ cõtra hoſtes ſeuiores eẽ cõſueuerũt. Pertinax odiũ:obſtinatũ odiũ.nã ptinax ẽ q ĩ eo pſeueráter tenet:q; nõ debet. Cõtrariiſ caſtris:caſtris hoſtilibus. Certior hoſtis,pfici. nã magis iter ſe inimicitias gerunr q̃ aduerſus hoſtilia caſtra. Eoſdẽ:claudiũ neronẽ & liuiũ ſalinatorẽ. Actã:adminiſtratã cẽſurã. Agerent rei.i.accuſarent. Ante dictionẽ:anteq̃ cãm diceret. Decreto ſuo .nã ſenatuſconſultũ factũ ẽ. Vacuũ oĩs iudicii mœtu:nã decretũ ſẽatus fecit ne iudicio aliquo timerent ſe dãnari cẽſores quo minus alioꝝ delicta pũirent. Eũ honorẽ:cẽſuræ magſtatũ. Exigere deberet.i.qui ab aliis uitæ rõem exigere deberet. Par:eq̃lis illa ſenatus ſapia. *Mulctauit more.i.* interemit.naſica. n. parte ſubſelii conuu'ſa illũ iuſſũ ſenatus occidit. Secundum legem:quemadmodum gracchi lex iubebat. Per triumuiros.magiſtratus romæ erat qui agros uiritim diuidebat.

ri pectus eumq; exanimem proſtrauit:id ut cognouit conſul fidente animo & inuaſit Aquiloniam & cœpit Tam cito animaduertit:quo pacto iniuria imperatoris uindicari deberet.quemadmodum uiolata religio expianda foret. qua ratione uictoria apprehendi poſſet egit uirum ſeuerum conſulem religioſum imperatorem ſtrenuum timoris modum pœnæ genus. ſpei uiam uno montis impetu rapiendo. Nũc ad ſenatus acta tranſgrediar. De ſenatu Romæ.

c Vm aduerſus Hannibalem ſenatus Claudiũ Neronem & Liuium ſalinatorem conſules mitteret eoſq; ut uirtutibus pares: ita inimiciciis acerrime iter ſe diſſidentes uideret.ſummo ſtudio in gratiam reduxit:ne propter priuatas diſſenſiones remp.parum uti liter adminiſtrarent: quia conſimili imperio ubi concordia ineſt maior aliena opera interpellandi quã ſua edẽdi cupiditas naſcitur:ubi uero pertinax intercedit odium:alter alteri quam uterq; contrariis caſtris certior hoſtis proficiſcitur. De eodem ſenatu.

e Oſdem ſenatus cum ab nimis aſpere actam cenſuram. Cn.Bebio tri.ple.roſtris agerentur rei cauſæ dictione decreto ſuo liberauit. uacuum omnis iudicii mœtu eum honorem reddendo:qui exigere deberet rationem non reddere. De eodem ſenatu.

p Ar illa ſapiẽtia ſenatus Tyberiũ Gracchũ tri.plẽ agrariam legẽ promulgare auſum morte mulctauit. Idem ut ſecundũ legẽ eius p triumuiros ager populo

Viritim: per singulos uiros. Egregiæ censuit:sapienter decreuit. Grauissime seditionis. nam plebs aduersus patres concitata erat. Auctorem:gracchú q legem illam tulerat. Causam:ná plebs partem agri petebat quã nobiles usurpauerant:causã itaq; sustulit seditionis cũ agrum illum diuidi iussit senatus. Quam deinde se prudenter:nõ potest necari hanc fuisse prudentiã singularẽ senatus. Gessit:egit se senatus. Fidelissima opera:semper.n.romanis fidem seruauit. Libertatem solutã.i. ut libere cui uis bellum inferre posset Masinissa in iussu populi romani.cũ enim confœderatus est iussi fœderis erat:ne bellũ inferre aut cũ alio fœdus inire posset i iussu senatus:sed nunc ipsum lex quã ferri iussit senatus:libertate dõabat. Mauritaniæ:regio est afri cæ apud atlantem mõtem. Numidiæ:mediteranea pars africæ.

uiritim diuideretur:egregiæ censuit: siquidem grauissime seditiõis eodem tempore & auctorem & causam sustulit. De eodem senatu.

q Vam deinde se prudenter in rege Masinissa gessit:nam cõpromptissima & fidelissima eius opera aduersus carth.usus esset:eumq; i dilatando regno auidiorem cerneret:legem ferri iussit:qua Masinissæ ab imperio populi romani: solutam libertatẽ tribueret quo facto tum optimæ meriti beniuolentiã retinuit tũ Mauritaniæ & Numidiæ cæterarumq; illius tractus gentium nunquam fida pace quiescentem Feritatem a ualuis suis repulit.

t Empus deficiet domestica narrantem: quoniam impium nostrũ nõ tã robore corporum q̃ animorum uigore incrementũ ac tutelam sui cõprehendit maiori: itaq; ex parte rõana prudentia in admiratiõe tacita reponatur:alienigeniscq; huius generis exemplis detur aditus. Externa De socrate philosopho.

Cæterum gentium ut getuliæ. Illius tractis:illius longitudis: & africæ regionis. Nunquã fida pace: nã fœdi fragi semp extitere afri & multotiens fœdera cum romanis fregerũt. Feritatẽ: immanitatem:crudelis enim sẽper habiti sunt afri:& imunitate prædiți. A ualuis suis:a ianuis & finibus suis.s.italiæ. Pepulit fiecit:nam masinissa reguloſ illos africæ adeo bello præmebat ut bellum romanis inferre non ualerent. Robore corporum.i.fortitudine corporum.

Quam animorũ uigore.i.cõsilio atq; ratione. Tutelam amplificationis defensionẽ.unũ.n. sine altero parũ prodesse:nõ satis esset homini rem augere:nisi ẽt auctam defẽdere posset. Romana prudẽtia.i. facta quæ prudenter romani gesserũt. In admiratione tacita .nã admiratiõnem desiderant propter multitudinem atq; præstantiam. Socrates humanæ:socratem Vale. appellat quasi humanæ sapiẽtie oraculum respiciens ad illud q̃ cũ apollinis templũ ingressus esset ab illiuſ sacerdote hũc immodũ salutatus est salure sapientissimus oĩum. Iidẽ.s.dii. Vnicuiq;:mortaliũ. Inuoluta dentissimis tenebris.nã mens hoĩum nimiis cupiditatibus obfuscatur.

f Ocrates humanæ sapientiæ quasi quoddam terrestre oraculum nihil ultra petendem a diis immortalibus arbitrabatur:quã ut bona tribuerent: qa ii demum scirent. quid unicuiq; esset utile nos autẽ plærumq; id uotis expetere:quod non impetrasse melius foret & enim densissimis tenebris inuoluta mortalium mens in quam late patentẽ errorem cæcas præcationes tuas spargis:diuitias appetis:quæ multis exitio fuerunt:honores concupiscis. qui complures pessundederunt.regna tecũ ipsa uoluis:quorũ exitus sepænumero miserabilis cernuntur: splendidis cõiugis iniicis manus:at hæc ut aliquando illustrant: ita non nunquam funditus domos euertunt: desine igitur

Errorem patentem q̃ late: nã bonũ id putat quod plærũq; pernicioſũ cernitur. Cæcas:temerarias iconsideratas pces tuas.nã auidirate quadã opũ aut bonorũ nõ considerat qd præcetur. Diuitias appetis: optas opes qi bonas q̃ bonæ non eẽ probantur. Plures pessũdederunt:multos oppresserũt gracchos saturninũ & multos alios. Exitus miserabiles:fines calamitoſi ut neronis cæsaris præse. Splendidis coniugis ini.ma.i. opulenta coniugia tibi uendicas quæ:ita nonnunquã euertunt domos sicuti aliqñ clarificant. Illustrant familias cum nobili loco natæ.ducuntur uxores si etiã dotes animi sunt consecute. Euertũt ẽt cũ arrogantes sunt & intolerabiles. Terrẽtia Ciceronis uxor illius domũ euẽit cũ ab eo discessit.

Stulta:mens fatua. Inhiare nimium cupida eē & inuigilare. Futuris tuorum malorum.i. rebus quæ mali tibi causa ernnt cum ea acqsiueris. Quasi fœlicis re.i.quæ tibi malum potius quam fœlici tatem afferrent. Et te totam arbitri.ce. cōmitte.i.sine deos quid utile sit tibi sine uoto tribuere. qđ se totam permittere debeat arbitrio deorum etiam Iuuenalis declarat his uersibus.si consuli uis permites ipsis expendere numinibus quid conueniat nobis rebusqꝫ sit utile nostris. nam pro iocundis altissima quæqꝫ dabunt dii. Carior ē homo illis quam sibi nos animorum impulsu & cæca magnaqꝫ cupidine ducti cōiugiū petimus partūqꝫ uxoris at illis notum q̄ pueri qualisqꝫ futura sit uxor.

Quia q̄ tribuere bona ex facili solent bona & eleganſ rō cur nostri arbitriū diis relinquere debemus. Eligere aptis.i.optime bona eligere possūt ab his quæ noxia probātur. Idem expedita & cōpendiaria uia.hoc idē i libris đ officiis cicero declarat optimam & compēdiariā uiam eē qua homines ad gloriam q̄uenire possint:ut tales sint quales ēt uideri exoptant. Nullus est.n .q̄ nō optimus uideri uellit. Itaqꝫ si ita optimus erit quemadmodū uideri cupit non ē dubium quin breui temporis momēto ingētē laudem cōsequatur. Ipsam uirtutem ueram:uirtutem.i.ut bōi essēt. Vmbrā eius uirtutis imaginē. nam multi dant operā ut uiri optimi uideantur cum tam̄. sint flagitiosi. Itaqꝫ potius ūbrā uirtutis q̄ ipsam uirtutē cōsectātur. Vtrū eoꝫ i.utrum duceret uxorē an oīum matrimonio abstineret. Actuꝫ pœnitentiā.i.si ue duxeris siue nō duxeris te pœnitebit. Solido.nā solus uiues & qui solus uiuit eius uita uō sua uis iudicatur. Generis interitus nam illius genus nisi successione foueatur uanescet. Hæres alienus non enim filios suos sed aliorum bonorum suorum hæredes relinquet. Perpetua sollicitudo assidua cura parandi ea quæ uxori & liberis fuerint necessaria.

stulta futuris malorum tuorum causis quasi fœliciſſimis rebus īhiare:teqꝫ totam cælestium arbitrio permite: quia qui tribuere bona ex facili solent etiam eligere aptissime possunt. De eodem socrate.

i Dem expedita & cōpendiaria uia eos ad gloriam peruenire dicebat qui id agerent:ut quales uideri uellem tales etiam essent qua quidem prædicatiōe apte mouebat ut homines ipsam potius uirtutem hauirent:quam umbram eius consectarentur. De eodē:

i Dem ab adolescentulo quodam consultus utrū uxorē duceret:an se omni matrimonio abstineret Respondit utrum horum feciſſet acturum pœnitētiā hinc te inquit solitudo:hinc orbitas:hinc generis interitus:hinc hæres alienus excipiet. illinc ꝑpetua sollicitudo:contextus quærelarum dotis exprobratio affinium graue supercilium:garrula socrus līgua:subsessor alieni matrimonii incertus liberorum euentus:nō passus est iuuenem in contextu rerum asperarum quasi lætæ materiæ facere delectum:

De eodem:

i Dem cū atheniēsiū scelerata dementia tristē de capite eius snīam tuliſſet:fortiqꝫ animo & cōstanti uultu potionē ueneni e manu carnificis accepiſſet

Contextus quærelarum: congeries lamentationum. nam cum modo hoc modo illud postulauerit uxor dicet nihil nunquam a te consequi possum. Dotis exprobratio improperatio dotis solent enim dicere mulieres te locupleraui marite & non nunquam imperium maritis perdit si uxorem dotatam duxerit. Garrula socrus lingua. nam uerbose sunt socrus: & socrus nunquam uel raro cum nuru conuenit solet: sed socrus hoc loco genitiui casus est. Subsessor: insidiator alieni matrimonii.i adulter. Incertus liberorum euen.incertum est enim an liberi nostri uirtute an flagitiis prædi ti sint futuri. Quo circa probe sapiens ille commemorauit dicens beatus fuit ille qui fœlices habuit filios non calamitatis monitores. Euentus.f.excipiet te. Non passus est iuuenem cum utriusqꝫ partis incommoda narraret socrates non sustinuit adolescentem rei quæ iocunda foret delectum habere: sed oīo quid sequeretur incertum reliquit. Non est non sustinuit socrates. Contextu rerū asper.in ordine congerie eorum difficilium. Quasi letæ materiæ.i.ita delectum facere in rebus asperis sicuti in letis feciſſet. Scelerata:impia demetia qui eum damnarunt i quo omnia uirtutis exmepla conspexerant. Tristem:rigidam sententiam. Fortique animo.nam quam in animo sapientiam habebat eam etiam in uultu representabat.

Publii autem Clodii: Publius clodius sub habitu muliebri domum cæsaris intrauit: ubi sacra bone deæ celebrabantur: quibus homines interesse nō licebat. Id autem fecerat quia pompeiæ cæsaris uxoris amore accensus erat. In sacris ita ab ancillis cognitus est: & uerberibus mulctatus. Deinde cum fama esset illum in hoc sacrilegium incidisse: dies ei ad populum dicitur. Eo in iudicio noua & detestanda ratione inita incolumis euasit. Crimine incesti: q̄ bonæ deæ sacrificia uiolasset. Nocēs: nam re uera interfuerat sacris. Noctes: nocturni concubitus & stupra. Matronarum: mulierum romanaꝝ nobilium. Adolescentium: patricios etiā habuit pueros: quos iudicibus subiicere. Mercedis loco: mercede: nam quēadmodum alii rei pœcunia iudices: ita clodius his obscenitatibus ipsos corrupit. Quo in flagitio in tā obscēa iudicii corruptiōe. An qui pudicitiam suam: An matrone & pueri præcio conducti.

Sequestrem: mediatricem periurii: nam medium quoddam fuere concubitus: quo contra ius iurandum facerent iudices in absoluendo nocente. An qui religionem. Omisso iureiurando quo astricti erant se contra equitatem nihil molituros nocentem clodium liberarunt ut suę libidini obtemperarent. Religionem: iustitiam & iuris æquitatem. Eque flagitiosum illud conuiuium: nō minus se gessit. obscene in conuiuio gemellus quam in iudicii corruptione se gesserat Clodius. Tribunitius uiator: minister tribuni: quia ex agris senatores in curiā acciri solebant: arcessentes ipsos a uia uiatores sunt appellati.

Ingenui: Gemellus i libera domo natus erat. Sed officii inter serui. hoc officium uiatoris deforme erat: & non libero homine dignum. Tribunis plebis: non consulibus solum: sed & tribunis cōuiuium paruit Lupanari: loco meretricio: nam ita in eis meretrices locis se occultunt: sicuti lupe in lustris & antris latent. A patriæ: mutia: Mutii scæuole filia. Pompei magni uxor: cui ille a bello mithridatico uictor repiens repudii libellum misit. q̄ adulterii eam suspectam habuisset. Fuluiæ autem Fuluius flaccus pater fuit: quæ primo clodium maritum habuit deinde etiam Marco Antonio nupsit. Nobilem puerum. L. Apulei filium. In eo: conuiuio domus: ubi lupanar instituerat. Corpora: Mulieres & puerum corpora pro sapiæ: idest antiquæ familiæ. Nam & pro sapere procul spargere significat. Vnde & prosapia antiqua familia a qua nepotes multi descēderunt. Longe enim genus spargitur: posterorum successione: Exclamatione quodammodo utitur auctor indignans: q̄ tam nobilium & generosarum mulierū corpora in conuiuio prostitui uerentur.

Temulentæ libidini: ebriæ libidini: & rectæ temulentæ: dixit: quia in conuiuio fiebat. Vindicandas sed ulciscendas: propter intolerabilem: & ignominiosam libidinem. Verum præcipue catilinæ libido sceleſta. Ignominiosa fuit epularum gemelli libido: sed Catilinæ luxuria: detestanda. Vnum

p Vblii autem Clodii iudicium quanta luxuria & libidine abundauit: in quo ut euidenter incesti crimīe nocens reus absoluerentur: noctes matronarū & adolescentium nobilium magna sūma emptæ mercedis loco iudicibus erogatæ sunt: quo in flagitio tam tetro tanquam multiplici nescia: primum quem detestere: an qui istud corruptælæ genus excogitauit: an q pudicitiam sequestrem periurii fieri passi sunt: an qui religionem stupro permutarunt.

De Gemello tribunitio.

n Eq; flagitiosum illud conuiuium: quod Gemellus Tribunitius uiator ingenui sanguinis sed officii intra seruilem habitum deformis: Metello & Scipioni consulibus ac tribunis plebis magno cum rubore ciuitatis comparauit: lupanarii enim domi suæ instituto Mutiam & Fuluiam tum a patre tum a uiro utrāque inclytam & nobilem puerum saturninum in eo prostituit: probrosa sapientiæ corpora ludibrio temulentæ libidinis futura: epulas cōsulibus & tribunis nō celebrandas: sed uindicandas.

De Catilina:

u Erum præcipue Catilinæ libido sceleſta: nā Vesano amore aureliæ Orestillæ corruptus: cū unum impedimentū uideret. quo minus nuptiis inter se iungerentur filiū suū quem & solum & ætate iā puberem

fæuitiam ſui creditoris in medium exponentia. Nexi uincti ſolutiq; ſe undiq; in publicum prorripiũt. Quiritum fidẽ implorant: fruitur & in patricios q in foro erant fæuitiũ fuiſſet niſi conſules a comprimendam ſeditionẽ interueniſſet. Illis plebs & uincula oſtẽtabat: & indignitatẽ ſuam exponebat: neq; prius quæri ceſſauit q̃ ſenatus cogeretur. Appius acer ingenio imperio conſulari rem agendã cenſebat uno aut altero arrepto quieturos alios. Collegæ ſeruilio aliter uiſum: interim nũciatur uolſcos magno impetu ad oppugnãdã urbẽ Romã irruere: exultabat gaudio plebs ultores ſuperbiæ patrũ adeſſe dicebat deos: alius aliũ cõfirmare ne nomia daret dimicaturo conſuli ſeruilius dixit ſenatum nexorum habiturum rationem ſi arma contra hoſtes ſumerẽt uellent: ſtatimq; omnes dimitti iuſſit ne ipedirent quo minus darẽt. Magnum habuit in caſtris clauſorum: nexorumq; numerũ neq; aliorum magis uolſco bello uirtus atq; opera enituit. Conſul cõtra hoſtes ducit copias breui uolſcos ſuperat aruncos eſſet deuicit dbellatis hoſtibus plebs promiſſa conſulis ſenatuſq; fidẽ expectabat. Tum appius iſita ſuperbia animo ut college uariam redderet fidẽ: ius p creditis pecuniis dixit: & qui ante nexi fuerãt creditoribus traditi: & alii nexi ſunt: concurſus ad ſeruiliũ factus a ciuibus poſtulabant: ut aut referret ad ſenatum aut ut auxilio eſſet conſul ciuibus ſuis imperator militibus: monebãt hæc conſulem: ſed tragiuerſari res cogebat adeo in contrariũ modo collega ſolũ perſtiterat: ſed omnis factio nobilium: ita mediũ ſe gerendo nec plebis uitauit odiũ nec apud patres gratiã iniit breuiq; apparuit apud plebẽ æquaſſe eũ appi odiũ: Age: hortantis eſt: quaſi dicat attende. Primipili cen. q primus erat cẽturio. Appio præterito. Obſtitiſſet: obſtinate reſtitiſſet. Aere alie. alieno ære: q̃d contraxerant. Suſceptã cãm: nã intercedebat ut hoc onere plebs leuaret̃: ne uincula aut carceres pateret̃. Lãguido pa. defenſione tepẽti: neq; n. collogæ & nobilitati reſiſtere auſus eſt. Negas effi. negare nemo poteſt iræ uim maximã fuiſſe quæ facit: ut miles in dedicatiõe tẽpli conſulibus præferretur. Hortatu. cohortatione cuius: nã ita ira plebi ſuaſit. Quæ quidẽ non. certe efficax ẽ ira quæ ſicuti in ſequẽti exẽplo patet non modo imperia ꝓculcat: ſed etiam impotenter gerit. Impia imperarores. Geſſit impo. quia ipſos ipotes mentis reddidit. Nã q. metellus cum q. Metellus conſul primo deinde proconſul citeriorem & ulteriorẽ ꝓuintiã Hiſpaniæ tam fœlicibus auſpiciis geſſerat & ita ſe fortiter i illis debellandis exhibuerat: ut ad gloriæ cumulũ nihil niſi triumphus deeſſe uideretur: quem ſibi mentis conſternatio iracundia detraxit: nam cum intellexiſſet Qu. Põpeiũ: Cum quo inimicitias gerebat ſibi ſucceſſorem fore nimia correptus excandeſcẽtia & exercitum diminuit & uictoriam ſuam corrupit dum auxilia belli ſucceſſori negare contendit. Vtrãq; citeriorem & ulteriorẽ Hiſpaniam. Deinde proconſul: ſequenti anno prouintia illi prorogata eſt: ut proconſul ei præeſſet. Omnes qui modo militiam ſuam: primo quidem hanc difficultatem ſucceſſori ſuo fecit: ut. exercitum minueret: milites etiam dimiſit tametſi debita militiæ tempora non peregiſſent. Dimiſit: exauctorauit. i. militia liberauit. Cõmeatus: patentibus dedit etiam militibus petentibus cõmeatum nõ cõſtituto tẽpore: neq; exq̃ſita cauſa cur id facerent. Cõmeatus: q̃ licentiam appellamus. Canis excuſſis exq̃ſitis cãis: nã niſi legitima inſtaret cauſa cõmeatus nõ dabat̃. Conſtituto: diffinito tẽpore: nã ꝓmiſſio liberatio ẽ militiæ: ſed cõmeatus ad certũ dabat̃ tẽpus: quo pacto ad militiã redibãt milites: hic aũt metellus nõ tempus cõſtituerat. Horrea cuſtodi. illud ẽt adiecit: ut difficilẽ ſucceſſori faceret conmeatus & cibaria horreis. n. ubi ãnona cõtinebat̃ cuſtodes ademit: ut populationẽ rapinãq; pateret̃ uacuaq; illa repiret põpeius. Opportuna apta & habilia rapiæ cuſtodibus remotis nullos ihibere poterat raptores. Arcus ſagittaſque: in caſtris ſuis erunt cretenſes ſagittarii qui pro fœdere auxiliarii uenerant Romanis.

a Ge quam uiolenter ſe in pectore uniuerſi populi Romani geſſit eodẽ tẽpore quo ſuffragiis eius dedicatio ædis Mercurii. M. pletorio primipili cẽturioni data eſt præteritis conſulibus Appio quod obſtitiſſet quo minus ære ſuo alieno ſuccurreretur: & ſeruilio q̃d ſuſceptã cauſam ſuam languido patrocinio ꝓtexiſſet. Negas efficacẽ iram cuius hortatu miles ſummo imperio prælatus eſt: quæquidẽ non procultauit tantũ imperia: ſed etiam geſſit impotenter.

De metello.

n Anque Metellus cum utramq; Hiſpaniam conſul prius deinde proconſul pœne iam ſubegiſſet poſtq̃ cognouit. Qu. Pom. cõſulẽ inimicũ ſuũ ſucceſſorem ſibi mitti: omnes militiã qui modo ſuã uoluerunt: finire dimiſſit: cõmeatus patẽtibus nec cauſis excuſſis: nec conſtituto tempore dedit: horrea cuſtodibus remotis opportũa rapiæ præbuit. Arcus ſagittaſq;

primipilus

Metellus Cõſul ꝓcõſul.

Miſſio commeapul. c. horrea Horrea

Cretenſium:cretẽſium arcus:& ſagittæ in maximo precio erant. Amnẽ.hiberum hiſpaniæ flumen Elephantis cibaria dari:prohibuit etiam ne ſumptus elephantis quos habebat in caſtris darentur ut aut perirent:aut in edia impotentiores redderentur id autem faciebat ne eoꝝ opera in bello Pompeius conſul uti poſſet. Magnifice geſtarum rerum præclaras res geſſerat in ſubiugandis hiſpaniis.

Corrupit:proculcauit:nam res illas magnifice geſtas deturpauit. Quid ſcylla dum huic:ſcylla cæteros omnes ira ſuperaſſe uidetur:nam cum puteolis priuatus degeret:in eam indignationem animi incidit:ut cũ minitari uellet granio quod tardius imperatam pecuniam ad reſtaurationem Capitolii a decurionibus exigeret nimio ſpiritu apertũ pectus ipſius una cum ſangĩe uitam exhalaret

Alieno ſan.ſparſo multoꝝ ciuium romanorum ſanguine ſicuti cum ipſius crudelitatẽ repræſentauimus conſpici potuit. Suum ſanguinem q ex ore oculis atque naribus manauit. Errogauit: emiſſit. Puteolis diſtant decem milia paſſuum a Neapoli puteoli:& ita ponit ſicuti decernimus Venetiis locus aũt ẽ apuliæ ubi abdicatus dictatura ſcylla priuatus degebat. Eius co.puteoli colonia erat Romanorũ eo miſſi fuerant ciues Romani q pulſis incolis loca illa tenerent. Decurionibus:qui decẽ militibus præerant ĩ ea ꝓuintia. Animi cõci. nimio mentis ipulſu & perturbatione. Cruore:nã conuulſo pectore ſanguis undiq; fluxit. Mi ni.nam principi Coloniæ minabatur quod ſibi non obtempera ret. Nec ſenio aliquis fortaſſe diceret ipſum prænimiã ſenectute mortuum eſſe: ſed non ita eſt nam ſexageſimum erat annum ingreſſus. Ingrediens:nam inci piebat ſexageſimum ingredi annum:quæ ætas etiam robuſta eſſe conſueuit. Sed a.alia cauſa fuit cur moreretur ipſum:ideſt impacientia quã miſerie reipu.nutriuerãt iteremit. Impacẽtia ali.imporentia & continentia nutrita. Miſeriis reipublcæ:nam dum ciues Romanos necat propter ciuilia bella iugum reipu.impoſuit. Igitur in dubio eſt:cum tanto iræ ipetu ſit extinctus non facile diiudicari poteſt prior ne Scylla an illius iracundia fuerit extincta. An iracundia ſcyllæ.ſcilicet prior ſit extincta: hoc autem dicit:quia cum ira quam contraxerat uitam emiſerat:itaq; ſimul & uita & ſcyllæ iracũdia extincta eſt: non ergo dici poteſt ante Scyllam quam iracundiam eius periſſe. Neque ab ignotis exẽpla petere iuuat:tranſitum a domeſticis ad externa facit dicit nõ ſe ideo irã atq; odiũ externoꝝ cõmemorare q; gaudeat aliena uicia referre:ſed ut propoſiti ſui fidẽ adipleat:q; ſicuti initio diximus fuit non mõ ꝑſtantiũ uiroꝝ dicta aut facta honeſta uerũẽt turpia repræſentare:itaq; ut conſcientiæ ſatiſſiat uoluntatẽ ꝓpoſiti ratio ſuperabit. Neq; ab ignotis:cum ſuperioribus ita coniungi neceſſe ẽ quẽadmodũ a domeſticis exempla nõ libenter petiui:ita neq; ab ignotis exempla petere iuuat. Propoſiti fides:nã ita in principio promiſit ſe omnia memoratu digna aggreſſurum:ſed ſi nũc cõtra faceret ꝓpoſiti fides tolleretur. Excellentiſſima quæq;:nobiliſſima quæq; tam honeſta quam turpia.

Præclara libenter probando:laudando libenter in ſignia:nã in opere noſtro laudamus libenter ea quæ cum honeſtate facta ſunt. Conſcientia non deſit cõſcii eſſe debemus narraſſe neceſſaria ſi uolũtatem adimplere ſtudemus: itaque ut conſcientiæ ſatiſſiat etiam turpia memoratu digna inſerere opportet: ut cauere poſſimus: quæ minus probabuntur.

cretenſium frangi:atq; ĩ amnẽ abiici iuſſit:elephantis cibaria dari uetuit:qbus factis:ut cupiditati ſuæ indulſit ita magnifice geſtarum rerꝝ gloriam corrupit:meritumq; honorem triumphi hoſtium quam iræ fortior uictor amiſit.

De L.Scylla.

q Vid Scylla?dum huic uicio obtemperat: nonne multo alieno ſanguine profuſo ad ultimum: & ſuũ erogauit.Puteolis enim ardens indignatiõe quod C.Princeps eius Coloniæ pecuniam adecurionibus ad refectionem Capitolii promiſſam cunctatus daret:animi concitatione nimia atque immoderatæ uocis impetu conuulſo pectore ſpiritum cruore ac minis mixtum euomuit:nec ſenio iam prolapſus:utpote ſexageſimũ ingrediens annum:ſed alita miſerius populi Romani iupotentia furens igitur in dubito eſt ſcylla ne prior an iracundia ſcyllæ ſit extincta.

n Eque ab ignotis exẽpla petere iuuat; & maximis uiris exprobare uita ſua uerecundiæ eſt:cæterum cum propoſiti fides excellentiſſima quæq; complecti moueat uoluntas operi cædat: dum præclara libenter probando neceſſaria narrandi conſcientiã non deſit.

Exerna de Alexandro rege.

Alexandrum iracundia sua propemodo cælo dirripuit in hoc uicio maxime laborauit Alexander tantum enim ei dominata est iracundia: ut cum prope deorum numero haberetur propter præclara gesta ipsum de cælo deducere potuerit. Cælo dirripuit: deduxit de cælo. idest de extimatiõe deorũ. Assurgeret: ascenderet: propter gloriam armis comparatam: diuina quodamodo illius opera uidebantur: nisi in suos tantopere seuisset. Nisi Lysimachus leonis obiectus: hoc etiam Iustinus cõmemorat: erat hic Lysimachus illustri quidem macedoniæ loco natus: sed uirtutis experimentis omni nobilitate clarior: quæ tanta in illo fuit ut animi magnitudine philosophiam ipsam uirtumque gloria omnes per quos oriẽs domitus est uicerit quippe cum Alexãder magnus Calisthenem philosophum proter salutationis persicæ interpellatum morem insidiarumque quæ sibi paratæ fuerant conscium fuisse iratus finxisset. eumque truncatus crudeliter omnibus membris absciissisque auribus ac naso labiisque deforme ac miserandum spectaculum reddidisset insuper in cauea cum cane clausum ad mœtũ cæterorum circunferret tũc Lysimachus audire calisthenem & præcepta ab eo accipere uirtutis solitus miseratus tanti uiri non culpæ sed libertatis pœnas pendentis uenenum ei ĩ remedium calamitatum dedit. Quod a deo ægre alexander tulit ut eum obici ferocissimo leoni iuberet: sed cum ad conspectum eius concitatus leo impetum fecisset: manum amiculo inuolutam Lysimachus in os leonis imersit arreptaque lingua feram exanimauit: quod cum nunciatum regi esset admiratio in satisfationem cessit carioremque eam propter constantiam tanta uirtutis habuit Lysimachus quoq; magno animo regis ueluti parentis tulit cõtumeliam. Obiectus: ut asta leonis fieret. Clitus asta traie. post supra amnẽ canaria conditam Alexandriam ĩ bacteranis quoque sogdianisque duodecim urbes condidit ut distribueret quoscunque in exercitu seditiosos habebat his ita gestis solemni die amicos in conuiuium uocat ubi orta inter ebrios rerum a Philippo patre Alexandri gestarum mentiõe præferre se patri ipse rerumque tuarum magnitudinem extollere tænus cælo cœpit assentante maiore conuiuarum parte: itaque cum unus ex senibus clitus fiducia amicitiæ regiæ cuius palmam tenebat memoriam phirippi tueretur: laudaretque eius res gestas adeo regem offendit ut tælo a satelite rapto eundem in conuiuio trucidauerit. Calisthenes philosophus quem Alexandro contra Dariũ proficiscẽti comitem dedit Aristoteles monuitque ipsum ut aut grata daret regiis auribus ut linguæ moderaretur quæ præcepta dũ spernit uitã amisit. Mori mutilatus primo: deinde in cauea clausus.

Quia tres: bene dico iracũdiam suam impedisse quominus in deorum numerum transferretur: nã quanuis ter darium uicerit ter tamen ipse ab ira superatus est. Tres maximas uictorias: ter uicit Darium primo in campis ad rasteis: superauit Darium qui in castris habebeat septem milia militum. secundo apud tarsum in qua pugna persarum fuere quinquaginta milia peditum &. C. equitum: tertio & postremo ipsum cum ingenti cæde superauit cum quadringentis milibus peditum & centum milibus equitum: recte ergo dixit tres maximas uictorias. Quam uehemens deinde aduersus: nimirum magno aduesus populum Romanum odio concitatum fuisse. Amilcarem uerba ipsius significaret quotiẽs enim cũque quattuor suos filios contemplabatur: se in populi Romãi exitium quattuor leoninos catulos nutrire prædicabat: sed melius dii prouidere quos enim ille in ruinã populi ro. nutriebat Carthagini exitiũ peperet. Amilcaris: ducis Carthaginẽsis. Quattuor puerilis ætatis intu. filios tres dũtaxat fuisse iustinus tradit. scilicet Hannibalem Hasdrubalem & Siphonem. Nostri Romani imperii sicuti re uera fuit: nam multas strages Romanis Hannibal deinde intulit. Vt euenit: ita enim exacerbauit Romanos Hannibalis odium ut nunquam nisi prius delata Carthagie quiescere potuerint. E quibus Hannibal mature adeo patria uestigia subsecutus est Hannibal inquit unus e quattuor amilcaris filiis pœne puer odii paterni hæres contra Romanos cõiurauit hoc etiam

Liuius in principio ſecundæ decadis commemorat. Maturæ: tempeſtiue quia in puerili ætate. Patria ueſ. patris ueſtigia: nam quẽadmodũ pater ita Hánibal contra Romanos odiũ contraxit. Sacrificante mos erat anteq̃ hoſtes duceretur exercitus ſacrificia diis exhibere. Tenens: manibus altaria ubi fiebant ſacra tangens: ut iuſiurandũ firmius & efficatius eſſet. Pertinaciſſimus præ. fecit hoc ut exprimeret perſeuerantiſſimis p̃cibus: neq; n. aliter pater ipſum orantẽ in caſtra ſecũ duxiſſet. Cõmilitium: comitatũ militiæ id egit: ut patri duci comes iret. Idem ſigni. Hánibal cum ſignificare uellet quantũ inter Romanos & Carthaginenſes odiũ uerſaretur terram pede percuſſit: ex percuſſione illa puluis exortus eſt tum ille inqt inter utrãq; ciuitatẽ belli finis non prius conſpicieť quã alterutra fuerit in puerilis habitum reſoluta. Inflicto: incuſſo pede in terrã. Pars alte. Roma aut Carthago. In puerili: in pectore pueri Hannibalis tm̃ odii uiolentia ualuit: ut ipſum tã acerrimum Romanis hoſtem redderet: ſed non eſt mirandũ cum in muliebri pectore non mitiores ſtimulos incuſſerit. In puerili: in pectore pueri Hánibalis. Ualuit: potuit: nã in muliere quãtũ potuerit odium iam exemplo ſemiramis apiemus. Semiramis: nini uxor quæ mortuo marito: neq; imaturo filio auſa tradere impium neq; ipſa palã auſa tractare ſe nini filium ſimulat habitumq; uirilẽ induit magnas dein de res geſſit: quarũ amplitudine ubi inuidiã ſuperatã putat quæ ſit fateť qua ue cauſa ſimulaſſet nec hoc illi dignitatẽ regni ademit: ſed admirationem auxit qđ mulier nõ fœminas modo uirtute: ſed etiam uiros anteiret: hæc Babyloniam cõdidit murumq; urbis cocto latere circundedit: multa & alia præclara huius reginæ fuere: ſiquidẽ nõ contenta acquiſitos a uiro regni terminos tueri: & Aethiopiã quoq; imperio adiecit: & indis bellũ intulit quo præter illam & Alexandrũ magnũ nemo intrauit ad poſtremũ cũ concubitũ filii periſſet ab eodẽ iter fecta eſt. Decorẽ capillo; in ordinẽ non prius capillos in ordinẽ red egit. Tantã ciuitatẽ: Babyloniam: nam conſtat oĩum orientalium ciuitatum eã fuiſſe maximã. Quo circa ſtatua: & ne huius rei memoria aboleretur: ſtatua Babyloniæ illi affixa eſt habẽs partem capillorum per humeros paſſam partem capiti circũligatam. Babyloniæ ſicuti diceremus Carthagine.

ſubſecutus eſt: ut eo exercitum in Hiſpaniam traiecturo & ob id ſacrificante octo annorum natus altaria tenens iuraret ſe cum primum per ætatẽ potuiſſet: acerrimum hoſtem populo Romano futurum: ut pertinaciſſimis precibus inſtantis belli cõmilitiũ exprimeret.

De eodem Hannibale.

i Dem ſignificaret quanto inter ſe odío Carthago: & Roma diſſiderent: reflicto in terram pede ſuſcitatoq; puluere: tunc inter eas fore finem belli dixit: cũ alterutra pars in habitum puluerís eſſet redicta: in puerili pectore tantum uis odii potuit: ſed ĩ muliebri quoque æque multum ualuit.

De Semiramí regina Babyloniæ.

n Amq; ſemiraĩs aſſiriorq; regina cũ ei circa cultũ capitis occupate nunciatũ eſſet Babylonẽ defeciſſe: altera parte criniũ adhuc ſoluta protinus ad eam expugnandã cucurrit. nec prius decorem capilloq; in ordinem quam tantã urbem in poteſtatem ſuam redegit. Quo circa ſtatuta eius Babyloniæ poſita é illo habitu quod ad ultionẽ exigendã celeritate præcipiti tetẽdit.

De auaritia Capitulum quartum.

Rotrahatur etiam in medium auaritia latentiũ indagatrix lucrorũ manifeſtæ prædæ auiP diſſima uorago: nec habendi fructu fœlix & cupiditate quærendi miſerrima.

Rotrahatur etiã auari. nunc ſe de auaritia dictuq; præfatur. Latentium inda. diffinit quodãP modo auaritiam Valerius in huius capituli præfatione: nam nihil agit auaritia niſi ut indagetur quomodo lucrum etiam latens cõparare poſſit & in eo totius uires ingenii intendit. Manifeſtæ prædæ auidiſſima profunditas: manifeſtæ præde nemo enim dubita quin auaritia ſit prædæ miniſtra auarus quanto magis lucratur auarior redditur. Itaque per fas & nefas diuitias cumulare nititur. Vorago profunditas auidiſſima nunquam ſaciatur auarus ego recte uoragini comparatur. Neque auaritia proprium eſt: ut inquerendis diuitiis extremo labore conficiatur: & in comparatis omnino laboret inopia. Habendi fructu: habendi fructu fœlix eſt: q ex rebus q patriis fructũ capit: id aũt nõ accidit auaro: ergo nõ fœlix dici poteſt: nã cũ opes cõparauerit ab eis abſtinet.

Cum admodum locupleti.L.Minutius ī græcia ditissimus erat & cum mortuus esset quidam e græcia falsum testamentum Romam attulit q̄ diceret a Minutio se constitutū fuisse hæredē & ut facilius obtiere posset qđ cupiebat. M. Crassum & Qu.Hortēsium magnæ auctoritatis uiros cohæredes scripsit. Falsum testa.aliter iusserat testator & aliter ille scælestus in tabulis conscripserat. Quidā: unus cui ignobilitas nomē ademit. Subiecisset:suppositisset:nā mortuo minutio testamentū non testatoris:sed a se īstructū subiecit:Romanæ urbis:magna illoꝝ erat apud omnes ciues auctoritas. Ignotus flu.cuius minutii notitiam nunq̄ habuerant:neq; illoꝝ minutius: ut facile cōprehendi posset non fuisse uerisimile : ut ab ignoto hæredes statuerent. Euidēs manifesta fraus non ueras:sed falsas esse testamēti illius tabulas. Facinoris ali.officium facinoris qđ inuenerat ille qui falsum testam tum attulerat.Non re minus hæreditatis non spræuit:nā testamē ti illius tabulas tutati sūt. Quā tam cul.q.d. maximam culpam & Crassi & hortensii. Lumina cu.M. Crassus & Qu.Hortēsius lumīa curiæ:ī senatu magna ipōrum erat auctoritas. In ho.quæstus: neq; .n. decet malis artibus opes cōparare q̄ si fiat ihonestū lucrum appellat. Auctoritatibus suis texerunt defenderūt sua amplitudine: nemo. n. inuentus est qui contra tales uiros illud testamentū rescidere auderet.Qu. Cassio exhibuit: dedit in q. Cassio uires auaritia. Cū pugionibus:ueste tectos gestabāt pugiones:ut capta occasione præfectū confoderent. Quinquagies sestertium quinquaginta sestertia.

Ab hoc.s.Calphurnio quia ditior erat. Sexagies: sestertium.

Factus:nā cum ad id se uenisse dicerēt:ut sibi mortem afferrent & orarent:u: uenīā præstatet scæleri Cassius ille pacta pecūia impune eos dimisit. Alterū tantū tm̄dē quantū ambo illi dederant. Daret:exhiberet Cassio oīum auarissimo. Præbiturū:ut illū iugulare possent:q̄ affectabāt. Cæterū aua.an.om.L.Sep.præ.possedit. supiores auaritia septimilius supauit:q cupiditate lucri accēsus amicitiæ iura cōtēpsit.Plutar.ēt cōmemorat septimiliū hūc familiarissimū. C.Gracchi quoad floruit extitisse q̄is postea cū fortūa aīum quoq; mutauerit. Septimili: alii septimiliū noīatū fuisse uolūt:sed nulla ī noīe ē difficultas. Familraris:cliens gracchi fuerat. Caput e.auctoꝝ opimio occisi gracchi caput. Pilo:hastæ infixū q̄ fuit obscenius. Auro id se re.nā dixerat opimius q̄ti pōderis eēt grachi caput tm̄ auri se illud offerēti pstaꝝ:id āt fecerat ut aīaret suos in sedicionissimi cuius necē. Cōcauatā par.ca.sedē ubi crebrū cōtinebat. Pōderosus es.maioris pōderis:ut ēt maius auri pōdus asseq̄ret. Fuerit il.se.cōcedet seditiosū fuisse C.gracchū:id āt dicit:qa dubitat an p̄uataꝝ opū cupiditate an rip .utilitate agrarias leges ferr uoluerit.C.gracchus Ci.ī exhortationibus īdigne cæsū fuisse fatet:alii aliter sentiūt. Seditiosus:ut plebis aīos cōtra nobilitatē icēdere cupiuerit. Bono pe.occisus sit p reip.utilitate:ut a seditiōibus sibi reliq caueant ciues cū exēplo Gracchi moniti sint quæ seditiosis p̄mia decernant. In h.us.usq; ad tātas mortui patrōi cōtumelias. Esurire:cupere non debuit aurum:& in translatione perstitit quia dixerat fames subiunxit nunc esum.

De M.Crasso & Qu.Hortensio.

Vm admodum locupleti L.Minutio Bassilio falsum testamentum quidam in græcia subiecisset: eiusdemq; confirmandi gratia potentissimos ciuitatis nostræ uiros. M.Crassum & Qu.Hortēsium :quibus Minutius ignotus fuerat:tabulis hæredes inseruisset: quanquam euidens fraus erat : tamen uterq; pecuniæ cupidus facinoris alieni munus non repudiauit:quantam culpā quā leuiter rettulit:lumina curiæ ornamenta fori q̄ scelus uēdicare debebāt: īhonesti lucri captura inuitati auctoribus suis texeret.

De Qu:Cassio.

Erum aliquāto maiores uires in Qu.Cassio exhibuit qui in Hispaniā Scyllium & Calphurnium occidēdi sui gratia cum pugionibus deprehēsos quinquagies sestertium ab illo ab hoc sesagies pectus dimisit:atquis dubitet:si alterū tantū daretur iugulū quoque suum æquo animo illis fuisse præbiturum.

De L.Septimilio.

Aeterum auaritia ante omnes.L. Septimilii præcordia possedit qui cū.C.Gracchi familiaris fuisset:caput eius abscidere & per urbem pilo fixum ferre sustinuit quia Opimius consul auro id se repēsurum ediderat : sunt qui tradunt liquato plumbo eum cauati partem capitis : quo ponderosius esset expleſſe: fuerit ille seditiosus:bono pierit exēplo cliētis tn̄ scæleſta fames ī has usq; iacētis iniurias esurire nō debuit.

Odium merita ſepti. q̄ auaritia inductus ſeptimilus mortui familiaris caput abſciderit odium contraxit: ſed auaritia ptolemæi riſum mouet legentibus quēadmodum etiam in ſuperioribus dictū eſt: Romani cū itellexiſſent ptolemæum auxilia mithridati p̄ſtitiſſe in prouintiæ modum cyprum redigere conſtituerunt id ubi rex intellexit opeſq̄ ſuas petit cognouit theſaurum ſuum corripiens: naues conſcendit: & perforata naui ſi inſtarent Romani mortē ſuo arbitrio admitteret & opes ſuæ cauſam necis ſibi ferentes obruerentur: ne in hoſtiū poteſtatem peruenire poſſēt: ſed hoc cōſilium ſalubritate reſertum auaritia puertit. Odium: q̄ caput familiaris gracchi obtruncauerit & ut auro rependeretur capitis pondus plūbum infudit. Anxis: ſollicitis auaritiæ cupiditatibus ſordes ꝓprie auaritiæ dicuntur cupiditates.

Corripuiſſet: cōgregaſſet. Periturum ſe uideret: romani: ut regiam pecuniam haberent exercitum contra ptolemæum mittēr decreuerant. Claſſe per. ut cum uideret ſe perſeq̄ ab hoſtibus naues in fundo perforaret & potius obrueretur q̄ uiuus i poteſtatem eorum peruenireт. Nō ſu. non paſſus eſt nimia detētus auaritia. Præmium: cum ſe interemiſſet eo metello potiti ſunt romani. *Proculdubio manifeſte euidenter. Poſſeſſus eſt: ille diuitiis ſeruit qui necem potius q̄ rerum iacturam elegit.* Titulo rex: nā titulū optinebat regium: dicebatur. n. ptolemæus rex Cypriorum. Pecuniæ mi. miſerabilis ſeruus pecuniæ fuit cupiditas & amor diuitiaꝝ ipſum ſeruum eſſe oſtendebant.

a Tque ut ſuperbia nunc tranſgreditur ad capitulum in quo de ſuperbia atq̄ impotentia continentur.

Superbia quoq̄ ex ſuperbia ſequenti impotentia deinde ex impotentia arrogantia prouenit: ſuperbia uicium eſt quo aliquis uult omnibus autem immerito ſupereſſe impotentia eius eſt qui præ ira & cupiditate cōtineri non poteſt quo minus ſæuiat: arrogantia deinde oboritur: nam ubi aliquis affectu immoderato animi contineri non poteſt a contumelia omnia ſibi arrrogat quibus etiam indignus eſt. Inconſpicuo: in aperto ut cū horum uiciorum deteſtationem *intelleximus* ab his ſicuti ab hoſte fugiamus. Marcus Fuluius conſul erat hic Flaccus cum M. Plantio hipſeo. De ciuitate quæ leges eſſent declarat: legem introducebat: ut omnibus q ro. ciues fieri uellēt id munus capere liceret dare ciuitatē nihil aliud erat q̄ aliquē Romanū ciuē creare. Et de pro. alia lex: ſtatuebat præterea. ut ſi illi q ciuitatē cupiebāt p ſenatū impedirent quo minus ciues ro. fierēt ꝓuocationē habere poſſunt ad populū: ut ſi populus cenſeret ciuitatem oibus dandā eſſe inuito ſenatu crearent. In curiā: ut i ſenatū ueniret ubi de legibus illis agebatur. Nam ſenatus indigne id ferens iuſſerat accerſiri in curiam flaccum tentaturus: nunquid poſſet ulla ratione ipſum a tam pernicioſo propoſito deterrere. Incœpto: ut a propoſito introducendarum legum deſiſteret. Reſpōſum non: ne uerbum ullum emiſit quo arrogātius nihil inueniri potuit. Tyrannici ſpiritus: ſi ſolummodo conſul ſoli ſenatori reſponſum denegaſſet tyrannus eſſe exiſtimaretur: ſed cū nō ſolum: ſed uniuerſos patres cōtempſerit Flaccus illius ſuperbia explicari nō poteſt. Totius ampliſſimi ſenatorii ordinis: qui auctoritate cæteros præſtabat. Contemnenda ma. amplitudinem ſenatorum contempſit cum illis orantibus reſpondere dedignatus eſt.

De Ptolemæo rege Cypriorum:

o Dium merita Septimilii auaritia Ptolemæi autē regis Cypriorum riſu proſequenda: nam cum anxiis ſordibus magnas opes corripuiſſet: propterque ea periturum ſe uideret: & ideo omni pecunia impoſita nauibus in altum proceſſiſſet: ut claſſe perforata ſuo arbitrio periret & ut hoſtes præda carerent. nō ſuſtinuit mergere aurum & argentum: ſed futurum ſuæ necis præmium domum reuexit: proculdubio hic nō poſſedit diuitias: ſed a diuitiis poſſeſſus eſt: titulo rex iſulæ animo autem miſerabile mancipium.

De ſuperbia & impotentia. Capitulum q̄ntum.

De Marco Fuluio Flacco.

Tque ut ſuperbia quoq̄ & impotentia i cō
a ſpicuo ponātur Marcus Fuluius Flaccus cō ſul *Marcii plancii hipſei* collega: cum pernicioſiſſimas reipu. leges *introduceret de* ciuitate danda & de ꝓuocatione ad populum eorum *qui* ciuitatē mutare ualuiſſent: ægre cōpulſus eſt ut in curiam ueniret deinde partim monenti partim oranti ſenatui: ut īcœpto deſiſteret reſponſum non dedit Tyrannici conſul ſpiritus haberetur ſi aduerſus unum ſenatorē hoc modo ſegeſſiſſe: quo Ful. in totius ampliſſimi ordinis cō temnēda maieſtate uerſatus eſt.

Quæ amentia. M. quoq; Druſum tri. ple. per ſummã contumeliam uerſata eſt: de iracundia atq; ſuperbia loquitur Druſi tri. ple. hic ille eſt de quo etiam ſupradictum eſt qui cum ſenatus partes aduerſus equæſtrem ordinem tutaretur populum ſpe agrariæ legis concitauit ſocioſq; ſpe ciuitatis ſanxit: ſed cum cõtionẽ haberet ad populũ hortareturq; ipſum ut ſenatui fauorẽ præſtaret: idq; ſpe agrariæ legis faceret. Lucius philippus conſul uidens huic druſi perſuaſioni propemodũ inclinari & concionantem druſum interpellauit & alio ſibi opus eſſe ſenatu prædicauit: tunc indignatus druſus nõ lictorem ſed clientem ſuum miſit: qui conſulem nonmodo cõprãhenderet: ſed etiã obtorta gula ita ut ſanguis per nares flueret præcipitem eum in carcerem ire impelleret. Ver. eſt: perturbauit: alii litteram habent. Vexauit: & idem ſignificat. Concionantẽ cum contionem haberet ad populum. Non p̃t. ſi per uiatorem cõprãhendi philippũ iuſiſſet res minus indignitatis habuiſſet: ſed tyrannice feciſſe uiſus eſt quia clientẽ ire iperauit. In curiam: quæ i capitolio erat ubi cogebatur ſenatus. In hoſtiliam: hæc roſtris contigua erat. Tribunus: Druſus arrogantiæ princeps. Verbis edicto druſi obediũt: nam ad eum in hoſtiliã curiam iuit urgente tẽporis neceſſitate. Gn. aũt Pompeius q̃ Pompeius etiã aduerſum familiarem ſuum ſupbe ſe geſſit. hipſeus patricius ſicuti i epiſtolis Ciceroĩs patet amiciſſimus Pompei fuit & maxime elaborauit: ut reducẽ di ptolemæi prouitia pompeio demandaretur cum creatus eſſet conſul hipſeus cum M. Flacco & in petitione conſulatus largitionem populo feciſſet exacto magiſtratu ambitus dãnatus eſt: cũ igit pompeius utpote princeps plurimum i ciuitate ualeret ad eũ uadit expectat quoad e balneis exeat pedibuſq; ſuis ꝓuolutus ac genua amplectens rogat ſuppliciter ſibi adeſſe uelit: tunc contẽptim Põpeius trãſiens inqt credo te nihil aliud põcibus impetrare uelle niſi ut cœnã meã corrumpi facias. Gn. Põpeius q magnus ẽ cognominatus. Inſoleter: ſupbe. ſ. fecit. Balneo egreſſus: mos erat romanis: ut ante cœnã ſe luerẽt. Proſtratũ: ꝓuolutũ ſupplicantiũ more. Ambitus reũ: accuſatũ ambitus q̃ in petitione conſulatus largitiõe populũ corrupiſſet. Nobilẽ patriciũ. Iacentẽ: humi ꝓſtratũ. Contumelioſa uo. pro. peſſunda; uoce: nã contumelia reſponſi fuit quaſi ꝓculcatio iacẽtis hipſei. Nihil eũ ali. age. dixit. n. dum me ſupplex regas & genua amplexaris nihil aliud quæris hipſeũ niſi ut cœnã mihi paratã protrahas. Moraretur. i morã faceret conuiuio quoad corrũperetur. Cœnare potuit. q. d. quomodo illi iocũda eſſe potuit cœna ſi i mentem uenerat q̃ inſolenter ſe cũ hipſeo egiſſet. Ille uero ẽt: in foro nõ erubuit P. Scipionẽ: alia ipſius Pompeii arrogantia pompeius ciuitatis ꝓnceps cum legationẽ & corruptionem in petitione magiſtratuũ fieri uideret leges tulit ut contra corruptores iudicia haberent: & cũ ægre ferent nonnulli ut leges ille cõprobarent ſeditionem exſuſcitaſſent niſi armatus ipſe iudiciis præfectus paccata omnia atq; tranqlla reddidiſſet multis nobilibus Romanis leges ille exitiũ tulerãt: ſed cũ P. Scipio cuius filiã uxorẽ duxerat Põpeius ambitus reus eſſet q̃ populũ dũ cõſulatũ peteret largitione corrupiſſet pompeius accitis tricentis & ſexagita iudicibus orauit: ut ſoceri ſui patrocinium ſummerent q̃ ubi accuſator audiuit ab incœpto cõfeſtim deſtitit: in hoc ipudentia pompeii apparuit q̃ contra leges ſuas Scipionem abſolui curauerat. Non eru. nullo perfuſus eſt rubore quod inſolentiæ eui dentiſſimum eſt ſignum. Socerum Publio Scipio Corneliam filiam Pompeio dederat uxorem.

De M. Druſo tribuno.

q Væa M. quoque Druſo tribunus plebis p ſummam cõtumeliam uexata eſt: parum enim habuit. L. Philippum conſulem quia ſe interpellare concionantem auſus fuerat obtorta gula & quidem non per uiatorem reipublicæ. ſed per clientem ſuum adeo uiolenter in carcerem præcipitem egiſſe ut multus e naribus eius cruor perfunderetur. Verumetiam cum ſenatus ad eum miſiſſet: ut in curiam ueniret: quare non potius inquit ipſe in hoſtiliam curiam propinquam roſtris ad me uenitur: piget adiicere quod ſequitur tribunus ſenatus imperium deſpexit: ſenatus tribũi uerbis paruit.

De Gn. Pompeio:

c N. autem põpeius quam inſolenter egit: qui balneo egreſſus ante pedes ſuos proſtratũ hipſeum ambitus reum & nobilem uirum & ſibi amicum iacentem reliquit contumelioſa uoce proculcatum. Nihil enim aliud agere: quam ut conuiuium ſuum moraretur: reſpondit: & huius dicti conſcius ſecuro animo cœnare potuit.

De eodem.

Noxium:reum legibus. Ipſe Pompeius tulerat contra ambitioſos. Illuſtrium nobilium ruina:an tea multi damnati fuerãt propter illas leges:ex quo turpius fuit pompeio cõtra eas Scipionis abſolutionem quærere. Maritalis lecti:rem inquit pub.pro uolũtate uxoris adminiſtrauit põpeius. Temperando:gubernando moderando ſtatum reip.nam reipu.utilitate poſthabita uxoris illectus blandiciis ſocerũ abſolui fecit. Tetrũ facto pariter.Hic M.Antonius cũ Octauio & Lepido triumuiri fuere & ipſi interſe ulciſcendi cupiditate ita conuenerant:ut inuicem inimicos ſibi concederent: inter alios proſcriptos etiam erat caſterius tutus ſẽatorii uir ordinis ad quẽ occidendũ Antoniuſ miſerat in tetfectores ita forte occidit:ut diſcumbenti ei ruffi caput ab occiſoribus offerretur:a tanta ſpectaculi fœditate conuiue omnes oculos auertere ille nõ modo nõ os auertit:ſed occiſi caput manibus ſublatũ diu ac diligenter cõſiderauit. Tetrum :fœdũ conuiuium Antonii. Dicto q; ſe illũ ignorare dixit. Eum tri.ad eum qui unus tribus erat q interſe terrarum orbem diuiſerant. Auerſantibus id renuentibus aliis conuiuantibus:ne admoueretur caput:conuiuio oculos.n.in aliam partem uerterant. Eſſet dicturus:poſt conſiderationẽ tuam diligentem. Notũ non:hunc ego non noui:quaſi uilem & abiectũ eum fuiſſe oſtenderet: qui ſenator illuſtris extiterat. Superba in ſenatorẽ ſuperbus in occiſum impotens fuit Antonius. Impotẽs de:ſed ſi occiſum attendimus impotens fuit profeſſio:nam impotens eſt qui ſe continere non poteſt a contumelia ergo impotens fuit Antonii profeſſio cum ignominio ſe dixit: ſe non eum motum habere quaſi ignobilis: & abiectus extitiſſet. Alexandri regis magna in Alexãdro uirtus nec mior fœlicitas apparuit: ſed alios inſolentiæ crimine ſuperare uidetur: qui tres arrogantiæ gradus de ſe exhibuit:primum cum patrem Philippum faſtidiens Hammõis Iouis ſe filium dixit ſecundum cum mores Macedonicos ac ornatus exoſus perſicos habitus & inſtituta ſumpſit tertium cum caput ſui mortalis tanq̃ diuinum faſtigio ornauit. Alexandri philippi macedõici filii. Virtus in rebus gerẽdis uirtus illius maxime enituit. Fœlicitas ſemp uictor euaſit:neq; aduerſã fortinã ſẽſit.

i Lle etiam in foro non erubuit.P.Scipionem ſocerum ſuum legibus noxium:quas ipſo tulerat: in maxima quoq; reorum & illuſtrium ruina muneris loco a iudicibus depoſcere maritalis lecti blanditiis ſtatũ reipublicæ tẽperãdo. De M.Antonio:

t Etrum facto pariter ac dicto.M.Antonii cõuiium:nam cum ad eum triumuirum Caſetii Ruffi ſenatoris caput illatum eſſet aduerſantibus id cæteris propius admoueri iuſſit:ac diu diligenterq; conſiderauit cunctis deinde expectantibus quid nam eſſet dicturus hunc ego inquit notum non habui:ſuperba de ſenatore:impotens de occiſo confeſſio.

Externa de Alexandro rege.

ſ Atis multa de noſtris aliena nunc adiicientur Alexaudri regis uirtus & fœlicitas tribus inſolentiæ gradibus exultauit.Faſtidio enĩ Philippi leonẽ Hãmonem patrem aſciuit:tedio morum & cultus macedonici ueſtẽ:& iſtituta pſica aſſumpſit ſpreto mortali habitu diuinũ caput emulatus eſt:nec fuit pudori filium Hãmoni ſe hominẽ diſſimulare. De Xerſe rege.

n Am Xerſes cuius in noĩe ſupbia & ĩpotẽtia habitat:ſuo iure tã inſolẽter uſus eſt. qđ græciæ indicturus bellũ adhibitis Aſiæ prĩcipibus ne uideret inq̃t meo tantũmodo uſus conſilio uos cõtraxi.Cæterũ me mẽtote parendũ magis uobis quam ſuadendum:arroganter etiã ſi uictori repetere ei regiam contigiſſet.

Faſtidio:nã qa faſtidiebat philippus pr̃em corrupto ſacerdote ſe Hãmonis filiũ eſſe credidit. Inſtituta:nã more perſarũ ſe adorari paſſus ẽ q apud eos ſalutandi modus erat. Aucupatus ẽ.i.imitatus: nã faſtidium in capite ſumpſit faſtidium corona eſt:qua dii omnes: caput circundatũ habẽt. Diſſimulare:& tamen diſſimulabat ſe nihil horũ eſſe cũ ab diis originem falſo ducere uellet:& p numie coli ſe iuberet. Iã exerſis cuius hoc etiã herodotus tradit. Xerſes:pſaꝛ rex. In cu.nõ in noie:ſed ĩ noie habitat ſuperbia:nã recte diis ipſis minari auſus compedes neptumno minitabat:de hoc Iuuenalis dicit uelificatus athos:nam montem q nauigationẽ eius ĩpediebat dirui fecit ut ea curſum diripere poſſet.

Arrogãter ẽt ſi uictor de græcis triũphũ reportaſſet ĩ pr̃iam dictũ Xerſis arrogãs uiſũ fuiſſet: ſed cũ tã turpiter fuerit ſupatis a remiſthole diſcerni nõ poteſt inſolens magis an ĩpudens ĩ dicto extiterit.

Tam deformiter: themistocles athenienſium dux claſſem xerſis ita deleuit ut in piſcatoria naui patriam repetere regi opus fuerit. Hãnibal autem: ſcitis quomodo ad cãnas ingentem cladem romanis hannibal intulit: ubi quinquaginta milia romanorum cæſa ſunt. infœlici. M. uarrõis ductu qui college paul æmilii conſiliis parere recuſauit. poſt uictoriã elatus hannibal cum ſe ĩ tabernaculum abdidiſſet neminẽ neq; ciuem penum neq; militem ad ſe admiſit. neq; cuiq̃ niſi per internuntium reſpondit. præterea cum Maherbal de tentorio ſuo clamaret: ſi me audire uolueris hannibal inueni uiã qua tertio die ĩ capitolio cœnaꝝ poſſis dicta illius pro nihilo duxit.

tam deformiter uicti neſcias utrum inſolentius dictũ an impudentius.

De Hannibale.

h Annibal autem canenſis pugnæ ſucceſſu elatus: nec admiſit quenq̃ ciuium ſeorum in caſtris: nec reſponſum ulli niſi per interpretem dedit. Aderbalem etiam ante tabernaculum ſuum clara uoce affirmantẽ proſpexiſſet ſe quoniam modo paucis diebus Romæ ĩ capitolio cœnaret: aſpernatus eſt: Adeo fœlicitatis & moderationis diuiduum contubernium eſt.

De Carthaginenſibus & campanis.

i Nſolentiæ uero inter carthaginenſem & campanum ſenatum quaſi emulatio fuit. Ille enim ſeparato a plebe balneo lauabatur hic diuerſo foro utebatur quem morem Capuæ aliquandiu retẽtum. C. quoq; gracchi oratione in Plautium ſcripta patet.

De Perfidia. *Capitulum ſextum.*

Ccultum *iam & inſidioſum malum* perfidia o latebris *ſuis* extrahaꝫ: cuius efficaciſſime uires ſũt mẽtiri ac falleꝝ fructus ĩ aliquo admiſſo ſceleꝝ cõſtitit tũ certus cũ crudelitatẽ nefariis uiculis circũdedit: tm̃ icõmodi hũano generi afferẽs quantũ

Admiſit: ad ſe recepit ueniẽtes ſalutandi & congratulandi cauſa. Niſi per. niſi per internuntium. nam ſi quis forte ueniſſet legatus ad ſe non ipſe ſed iterpres reſponſa dabat maherbalem ex primoribus erat & rei militaris peritiſſimus. Ante tabernaculum ſuũ. nam tẽtoriũ ingredi nõ poterat quia neminem imperator admittebat. Quonãmo. uidelicet romã in tanta trepidatione exercitum duceret. Paucis. Iuius tertio die dicit. In capitolio. uictor hannibal & capitolio potitus ĩ eo cœnare poſſet. Cõtuberium: conſortium ſocieras nam *fœlicitas* adeo mentes hominum *inuoluit* ut nulla ratiõe ſibi moderari poſſint. Inſolentiæ uero: inter carthaginenſem & campanum ſenatum. Tanta fuit inquit ualerius campanorum ſuperbia ut cum carthaginenſibus contendiſſe uideatur. nam quemadmodum hi balnea habebant *in* quibus plebei ſeorſum a nobilibus lauabantur. ita illi forum plebis a nobilitate diuerſorum in ciuitate fundauerãt cui rei gracchi oratio contra plautium habita fidem optimam præſtat. Quaſi contentio. nã campani pænos pœni campanos emulabantur. Ille & carthaginenſium ſenatus. Diſperato. ſeperato balneo a plebe neq; enim patiebatur ut in patriciorum balneo plebei lauarentur quo aliud ſeorſum habebant. Diuerſo. neq; enim iura plebei dabantur illic ubi ius ſenatui reddebatur. Quem ſcilicet diuerſi fori quo utebatur campanus ſenatus. R. etentum. ſeruatum in quo maxima inſolentia continebatur. G. Gra. oratoris. & ſeditioſi ciuis. In plaucium: contra plaucium cum impugnaret plaucium in ea oratione inſeruaret gracchus quomodo aliquandiu intet ſe cãpani diuerſo foro uſi fuiſſẽt.

Pater manifeſtum eſt quem morem capuæ aliquãdiu fuiſſe retentum.

o Cccultum tam. De perfidia dicturus ualerius præfationem quandã facit qua uicium illud uituperat & tum ab effectu tum a ſimilitudine id facit quantum inquit laudanda eſt bona fides tãtũ uituperanda eſt perfidia illi oppoſitum uicium. Occultũ & inſidioſum malum perfidia. diffinitio eſt perfidiæ quæ letenter inſidias aliis inuectit. nam ſi apertus dolus eſſet nemo falli poſſet. Latebris ſuis ex educatur ex latibus ſuis: & in conſpicuo ponatur ut cognitum perfidiæ flagitium uitari poſſit. Efficaciſſime uires: uehementiſſime uires: & qui ſint eius effectus dicit. Fallere magis in rebus eſt. Mentiri: & fal. ideſt uerbis & re decipere. Fructus: qui ſit quæſtus eius iniuuit fructus inquit perfidiæ eſt & finis quæſtum dolo malo & admiſſo ſcelere quærere. Tum cer. & præcipue certus fructus eſt. cum ille in quem perfidia intenditur inuolutus falacijs crudeliter tractatur. Circundedit: ſepſit crudelitatem cum perfidiæ additur crudelitas deteſtabilius nihil eſſe poteſt: primo. n. perfidi fallatijs & dolis aliquos inuoluũt deinde aduerſus eos crudelitatem exercent.

Bona fides:perfidiæ contraria multos bona fides mortales cõseruare perfidia plurimos opprimit.
Romulo regnante:post præfationẽ exemplis more suo utitur:& primũ exemplũ est Titiracii qui dolo malo tarpeiam fefellit huius etiam ab urbe condita hoc cõmemorat perfidiæ scelus post raptas mulieres a romulo nouissimũ a sabinis bellum est ortum multoq; id maximũ fuit nihil enĩ per iram & cupiditatem actum est nec ostenderunt bellum priusq̃ intulerunt:consilio:etiam additus dolus: ut arma sinistrarum gestamina congererent:quibus proditionis pœnas daret. Arci:quæ i tarpeio mõte sita erat:qui postea capitoliũ est appellatus. Filiã tarpeiã nomine. Corrupit:& quo corruperit illico subiungit:nam ornamenta siniſtrarum præciosa illi promisit si arcem sabinis prodere ret. Mercedis nomine præmii cã. Factam ita inter tacium sabinorum ducem & uirginẽ conuenerat. Quæ i siniſtris manibus ideſt ornamenta quæ in siniſtris habebant & quæ fuerint docet.
Armille aurea monilia circum leuum brachium inuoluta. Loco potitum agmẽ sabinorum.i. cum in potestatem habuisset arcem sabinis exercitus. Proinde quasi promissum:perfidia i hoc fuit.nam credidit agmen sabinorum reddi disse mercedem puelle pactã cum scutis quæ i siniſtris portabat eã suffocauit. Promissum soluerit.i.reddiderit quæ promiserat uirgini:& causã reddit.
Absit repræhensio:careat hoc factũ sabinorũ repræhensione.
Impia proditio:tarpeie proditio impia quia contra patriã patremq; admisit. Vindicata: est ulta est:nam tantum scelus ulcisci uoluerẽt sabini. Seruius quoq; galba sũme perfidiæ:hoc exẽplum apud ciceronem de oratore legit: quomodo seruii galbæ

salutis bona fides præstat: habet igitur non minus repræhensionis quam illa laudis consequitur.

De Tacio sabino.

r Omulo regnante spurius Tarpeius arci præerat cuius filiam uirginem aquã sacris petitum extra mœnia egressam: Tacitus ut armatos sabinos in arcẽ secum reciperet: corrupit mercedis nomine pactis q̃ in siniſtris manibus gerebant erant autem his armillæ & anuli magno expondere auri:loco potitum agmẽ sabinorum puellam præmiũ flagitantem:armis obrutam necauit:perĩde quasi promissum quod ea quoq; leuis gestauerant:soluit:Absit repræhẽsio quia impia proditio celeri pœna uindicata est.

De seruio galba.

s Eruius quoq; galba sũme perfidie: Trium enim Lusitanie ciuitatem conuocato populo tãquam de commodis eius acturus nouem milia i quibus flos iuuentutis consistebat:electa armis iuxta partim truci dauit:& partim uendidit:quo facinore maximam clades barbarorum magnitudine criminis anteceſſit.

De Gn.Domitio.

c N.aũt Domitiũ sũmi generis & magni aĩ uiri ni miæ gloriæ cupiditas pfidũ exiſtere coegit:iratus

cruciatum:deteſtabile ſpectaculum intuebatur.. Exanimis:exanimatus decidit cum oculi tantum ſcelus ſuſtinere nequirent. Nouus punitor:inauditus ultor miſericordiæ: nam ipſum ſcylla truci dari iuſſit: quod miſericordia motus exanimis cecidiſſet. Scelus intueri: tam imane ſcelus non potuit intueti pletorius. Scelus admittere fuit.loco ſceleris fuit.nam ſcylla putauit ſcelus eſſe:q̄ iniquo animo ſcelus ſuæ feritatis conſpexiſſet. Sed mortuorum umbris ſaltem pepercit. Re ſpondet tacitæ obiectioni: diceret aliquis: ſi ſæuire tantopere in uiuos uoluit fortaſſe ſepultis pe/ percit.Sed ne hoc quidem fecit.

Minime. ſ. pepercit: & ſibi ipſe reſpondet auctor. Poſtea hoſtis multo poſt tempore ma/ rii hoſtis fuit:cum bellum ciuile exercerent. Quæſtor alquā do fuerat: bello numidico: qđ cum iugurtha Marius geſſit Lu/ cius ſcylla pro ſummo benefi/ cio habuit quod quæſtor Mario daretur. Et quia laſciuioris ui/ tæ ab ineunte ætate fuerat ſcylla grauiter tuliſſe uiſus eſt Marius quod ſenatus tam iſamem tāq̄ mollem ſibi dediſſet quæſtorē.

Anienis alueo:in undas ani enis fluuii. En quibus actis: cum deteſtatione legendum: q bus artibus meruit ſcylla ut fœ/ lix cognominaretur. No/ men fœlicitatis: nam cum ad ſe natum epiſtolas mitteret ita in epigramate poſuit. Lucius ſcyl la fœlix ſenatui populoq̄ roma no ſalutem fœlix uolebat ap/ pellari:cuius temritatē nunc car pit Valerius. Leuat. minuit & leuiores reddit. Et ille: ſicuti ſcylla ita & marius. Diſtrinxit apperuit iram ſuam. Nimia perſequendi hoſtes ſcyllanos cu

exanimis ceciderat: continuo ibi mactauit nouus pu nitor miſericordiæ: apud quem iniquo animo ſcelus intueri ſcelus admittere.Sed mortuorum umbris ſal tem pepercit:minime:nam.C. Marii cuius & ſi poſt ea hoſtis quæſtor tamen aliquando fuerat:erutos ci neres in Anienis alueum ſparſit: en quibus actis fœli citatis nomen aſſerendum putauit.

De Caio mario.

C Vius tamen crudelitatis. C.Marii inuidia le uat: nam & ille nimia cupiditate perſequen di inimicos iram ſuam nephariæ diſtrinxit .C. Cæſaris conſularis & cenſorii nobiliſſimum cor pus ignobili ſæuitia trucidando & quidem apud ſe ditioſum & abiectiſſimi hominis buſtum: id enim malorum miſeriæ: tunc reip.deerat. ut uario Cæſar piaculo caderet: pœne tanti uictoriæ eius non fuerūt quarum oblitus plus criminis domi quam laudis in militia meruit.

piditas marii mentē obcecauit:ne uideret q̄tam incrudelitatem laberetur. C. Cæſaris:Cæſar hic fu it:q cum catulo fratre a cicerone ī ſecundo oratoris libro inducitur ī tuſculanum ueniſſe: ut diuini/ tus de eloquentia diſputantē craſſum audiret. Ignobili ſæuitia:ſæuitiam exercuit marius propter ignobilem Varrum īteremptum. Seditioſiſſimi hominis:ſeditioſus erat Varrus & multos accuſa/ uerat ciues: in quibus etiam ſcaurum ciuitatis romanæ principem. Id malorum miſerrimæ tūc rei pu.hoc etiam ī tantis malis īcommodum additum eſt rei pu. ut tam p̄ſtanti ciue priuaretur:ne pi aculum Varro uiliſſimo deeſſet. Miſerrimæ rei pu.tunc cum tantopere inter ciues ſæuirent ſcylla & Marius magna miſeria laborabat res pu. Varro ueronenſi. Piaculo:purgationi: ad piacu/ lum .nam ipſum marius tanquam īferias umbris uari mactari fecerat. Cederetur: mactaretur.

Pœne tanti uictoriæ eius non fuerunt:non tanti fuerunt uictoriæ marii.ut propter eas ei concede retur cæſarem p̄ſtantiſſimum ciuem ad buſtum ignobilis homis mactatam crudeliter lacerari. Tā ti: ut licitum fuerit talem uirum necare. Victoriæ:quibus uicit cymbros ſenonas gallos:& iugur tham. Quarum oblitus.dum uictoriarum ſuarum memoria illi excidit:plus ī pace uituperationis q̄ gloriæ in bello conſecutus eſt. Criminis.uituperationis. Domi.in pace dum ſcyllæ par tes inſequitur. Laudis. gloriæ. In militia. ī bello contra hoſtes populi romani. Idem caput .M. Antonii abſciſſum:non īferior fuit ſuperiori.crudelitas de qua dicturi ſumus. Marci antonii: oratoris.quē cū craſſo diſputantē ī oratore ſuo cicero facit. Abſciſſū abtruncatū. Lætis manibus. ipſe lætus. Animi ac uerborum.uerba q̄ ferebat de nece Antonii declarabant animi inſolentiam. Aliquandiu.bono temporis ſpacio. Ciuis.nam patricius erat & ornatiſſimus. Oratoris eloquē

ria plurimum ualuit. Mensæ sacra sacrata mensa ideo dicitur quia in ea ponitur panis unum & aliæ epulæ: quorum primitiæ diis offerebantur: primitias igni cremabant antiqui. Passus est: sustinuit: quasi nefas. Pub. Annium hic ipsum Antonium trucidauit cum cæteri ui eloquentiæ essent a tanto scelere auersi. Alii dicunt hunc Pub. Antonium fuisse qui cum occidit sicuti in capitulo eloquentiæ uidere licuit. Aspersum. annii uestes. M. Antonii cruore fedatæ erant. Damasippus nihil laudis habuit quod corrumperet: De crudelitate loquitur damasippi hiisdem forme uerbis: quibus & Lucius florus. Damasippus nihil laudis habuit: quod corrumperetur: cum superiore coniungitur hoc modo si Marius sæuus & immitis fuit. attamen pro re pub. multa præclara fecit: sed Damasippus nihil habuit uirtutis cui detrahere posset: Itaq; cum nulla in eo crudelitatis ministro uirtus omnino extiterit liberius a nobis accusari potest. Hostiarum capitibus mixta sunt: In imolatione dum sacerdores uictimas occiderent damasippus etiam primo res urbis mactari fecit: & hoc modo hostiarum capita: cum patriciorum capitibus permiscebantur. Carbonis aruinæ: *hic tribunus plebis Mario infensus extiterat patibulo*: cruci affixum patibulum a pariendo dictum quod in eo mortē noxii patiantur. Gestatum est: nam per compita urbis in obprobrium ipsius illud deferri iussit. Flagitiosissimi hominis prætura: Marii teterrimi præfectura: nam tunc præerat urbi: quam hostiliter oppressérat. Præturam marii accusat. quia hic Damasippus crudelitatis minister erat ipso iubente mario aut non prohibente. Rei pu. maiestas hoc dicit quia tribunus ple. aruina facet uiolatus fuit & tam ignominiose habitus. Numatius flaccus ēt pompeiani nominis acrior q̄ probabilior defensor: hic est flaccus qui in omni uita Catonem imitari uolebat: & quáuis longe a ſeueritate illius abesset. licentius tamen nonnunq̄ loquebatur. cum consules monerent ut Pompeius uideret quorsum euaderent opes Cæsaris: quæ rei pu. periculosæ uidebantur. Ille ociosos eos esse iussit. nihil est enim cur metuatis: nam uno plausu pedum totum terrarum orbem commouebo. Deinde cum occupatis gallis adeo potens esset Cæsar ut non facile possent romani illius uiribus resistere: interrogatus pompeius quidnam faciundum esset subdubitare cœpit. Tunc flaccus animaduertens ipsum nihil consilii habere quidnam faceret. satis urbane his usus est uerbis. O pompei pulsa pede terram significauit opus esse ut partes orbis aduersus Cæsarem concitaret. Sed quod ad ipsius crudelitatem attinet differamus. Pompei partes secutus est Flaccus in lusitania fuerat a Cæsare ī oppido quodam munitissimo obsessus iam gneo & sexto pompeis in Hispania deletis: Et cum ex oppidanis nonnulli ad Cæsarem confugissent illorum coniuges & liberos. Flaccus in conspectu eorum per præconem accitorum trucidari & de mœnibus deiici iussit. ꝓterea alios infantes collidi humi & in altum missos aerem hastis excipi facit. quo imanitatis genere nihil fœdius truculentius nihil audiri potuit. Pompeiani nominis. i partis pompei: sicuti damasippus Marii: ita Flaccus põpei nominis defensor fuit. Acrior: crudelior. Quã probabilior: nam non laudē. sed infamiã ex illa tutela meruit. Inclusus: obsessus deuictis Gn. & sexto Pompei magni filiis qui periculosum

i Dem caput Marci Antonii abscissum suis manibus inter epulas per summam animi ac uerborum insolentiam aliquandiu tenuit: clarissimique & ciuis & oratoris sanguine contaminari mensæ sacra passus. Atque etiam. P. Annium qui id attulerat: in sinum suum recentis cædis uestigiis aspersum recepit.

De Damasippo:

d Amasippus nihil laudis habuit: quod corrumperet: itaq; memoria eius licentiore accusatione perstringitur: cuius iussu principum ciuitatis capita hostiarum capitibus permixta sunt carboniscq; aruinæ truncum corpus patibulo affixum *gestatum ē*: adeo aut flagitiosissimi *hominis prætura multum* aut rei publicæ maiestas *nihil potuit*.

De Numantio flacco romano.

n Vmantius: n. flaccus Pompeiani nominis acriorquam probabilior defensor: cum ab imperatore cæsare in hispania inclusus mœnibus abtingēsiū obsi

bellum in hiſpania renouauerant contra cæſarem. Abrigenſium mœnibus: in oppido abrigeno: quod erat in luſitania huſpaniæ parte. Omnes ciues illius oppidi: abrigenſes ciues qui cæſari fuerant omnes trucidatos de muris præcipitauit. Fœminas quoq; citatis nominibus uirorum. alia teterrima feritas. cum nonnulli ex oppidanis ad cæſarem confugiſſent in caſtra. Flaccus uxores: & liberos eorum ad muros duci. deinde per præconem citatis nominatim uiris in ipſorum conſpectu iugulari iuſſit. Citatis uirorum nominibus: iubebat de mœnibus ciues nominatim per præconem citari: & cura urbi appropi quaſſent ita ut uidere poſſent q̃ in muris gerebãtur Flaccus uxores eorum obtruncabat. In contrariis caſtris. in caſtris Cæſaris qui pompeianos inſectabatur.

Alios: non eos qui in gremiis matrum fuerant extincti. Alios ſuperiactos: alios infantes in altum miſſos. Pilis romanorũ tælis. Excipi: ut ruentes tranſfigerentur. Auditu intollerabilia: non factu: ſed auditu intollerabilia ſunt: aures enim talia flagitia uix audire poſſunt. Romano iuſſu iubente Flacco: qui romanus erat ciuis. Luſitanis manibus: luſitanorum manibus qui populi ſunt hiſpaniæ. Administrata: peracta ſunt: nam luſitani imperante flacco ſuperius commemoratas feritates administrarunt. Cuius gentis præſidio uallatus: Flaccus. Dementiã notat Flacci: qui exiſtimabat ſe poſſe diuinis operibus cæſaris reſiſtere ſalinatorum auxilio nixus. Ab ingenio non diſcedit Valerius. aperte enim adulatur tyberio qui ab auguſto cæſaris filio imperium ſumpſerat. Diuinis operibus. operibus cæſaris qui in numero deorum poſtea eſt habitus. tunc. n. non humanũ ſed diuinũ habebat ingeniũ. Reſiſtebat. neq;. n. pati poterat ut cæſar rerum potiretur: itaq; diuinis illius operibus reſiſtebat. Tranſgrediemur nunc ad illa quibus ut par dolor. de externis dicturus Valerius: ad crudelitatem tranſit carthaginenſium: qua uſi ſunt aduerſus ciues romanos: & primo aduerſus attilium regulum imperatorem romanum. Quibus ut par dolor ita nullus noſtræ ciuitatis rubor: q; a carthaginenſibus ſæuitium ſit in romanos ciues dolor quidem ad romanos pertinet: ſed infamia immanitatis nullum ciuitati noſtræ ruborem immittit. Par dolor: ita ſæuitium eſt in romanos a carthaginenſibus quemadmodum etiam alli qui belli ciuilibus romanam nobilitatẽ crudeliter lacerarunt. Rubor ineſt. pudor horum externorum fuit non romanorum: ſed quæ ſuperius a romanis immaniter geſta ſunt & dolorem & ruborem noſtræ urbi afferebant. At in externis & præſertim carthaginenſium exemplis: dolor urbem romanam tangit: ſed rubor eſt a romanis auerſus. Attilium regulum: imperatorem romanum inſidiis circũuentum. Palpebris reſectis: amputatis palpebris ne ſomnum capere poſſet: aut oculos in cruciatu reſignare. Machina: uaſe. omnis enim compoſitio machina dicitur. Præcuti ſtimuli: claui præcutæ cuſpidis: ut ipſum tranſfigerent. Eminebant. extabant. a parte interiori intelligendum eſt. Vigilantia uigiliis. quia reſectas habebat palpebras oculos claudere non poterat. Continuo tractu: aſſiduo tenere doloris ſine itermiſſione uas huc atq; illud agitabant. Tormenti genus indignum paſſo. Feritatis miniſtris tale tormentum exercere conceditur: ſe tamen indignus erat attilius qui tam crudeliter necaretur.

deretur efferatam crudelitatem ſuam truculentiſſimo genere ueſaniæ exercuit: omnes enim eius oppidi ciues quos ſtudioſiores Cæſaris ſenſerat: iugulatos muris præcipitauit fœminas quoq; citatis nominibus uirorum qui ĩ contrariis caſtris erant: ut cædes coniugum ſuarum cernerent: & maternis gremiis ſuperpoſitos liberos trucidauit. Infantes alios in conſpectu parentum humo infigi alios ſuperiactos pilis excipi iuſſit: quæ auditu etiam intollerabilia romano iuſſu luſitanis manibus adminiſtrata ſunt: cuius gentis præſidio Flaccus uallatus diuis operibus uecordi pertinacia reſiſtebat.

Externa de carthaginenſibus.

Tranſgrediamur nunc ad illa quibus ut par dolor ita nullus noſtræ ciuitatis rubor ineſt Carthaginenſes Attilium regulum palpebris reſectis machina in qua undiq; præacuti ſtimuli eminebant inclu ſum uigilantia pariter & continuo tractu doloris ne cauerunt: tormenti genus indignum paſſo auctoribus digniſſimum.

Indignum passo: scilicet attilio omni uirtute & præcipue singulari fide præd ito. fidem enim car thaginensibus datam cruciatibus istis præposuit. Auctotibus dignissimum: pœnis : qui huius tor menti auctores fuerant dignissimum fuit tormenti genus. semper enim efferati habiti sunt carthagi nenses: & ab omni humanitate alieni. Eadem usi crudelitate in milites nostros: de eiusdem popu li crudelitate loquitur : qua usi sunt primo punico bello : cum senatusconsultum factum fuisset de non redimendis captiuis carthaginenses Attilium regulum crudeliter lacerarunt: deinde reliquos ca ptiuos: quos nauali prælio cœ perãt fundo nauium substratos necauerunt. Maritimo certa mine: nauali pugna nonnullos cœperant ex romanis militibus Substrauerunt: fundus nauiũ suppositerunt. Barbaram fe ritatem: barbari omnes sæui ha biti sunt. sed cunctos pœni supe rarunt. Pollutis nauibus: hu mano sanguine sparsis nauibus: & propterea tetrum facinus ap pellat. Ipsum mare uiolaturi cum in portum subduxissent de latas naues & elisione militum romanorum eas sanguine pol lutas in mare deducturi esset uio lare quodammodo equor uide bãtur cum ipsum humano cruo re respergerent. Eorum autẽ dux Hannibal cuius maiore ex parte uirtus sæuitia constabat: Violarunt quidem mare cartha gineuses sed Hannibal eorum imperator ex cadauerum acer uo põtem fabricauit. Gela flu uius ẽ a quo ciuitas gela nomen traxit. Vt æque terestrium copiarum: hoc fecit ut quemad modum mare sceleratum egres sum sensserat carthaginẽsium ita terra tetrum digressum terrestris exercitus experiretur. Scele stum egressum: discessum teterri mum: nam id egit cum ex Italia

e Adem crudelitate usi ĩ milites nostros Martis cer tamine in suam potestatem redactos nauibus substra uerunt : ut earum carinis ac pondere elisi inusitata ra tione mortis barbaram feritatem saciarent : tetro faci nore pollutis classibus ipsum mare uiolaturi.

De Hannibale.

h Orum dux Hannibal cuius maiõr ex parte uirtu tis sæuicia constabat : in flumine gelo corporibus romanis ponte facto exercitum transduxit ut æque ter restrium scelestum carthaginensium copiarum egres sum terra q̃ maritimarum Neptunus experiretur.

Dem captiuos nostros oneribus & itinere fessos iam prima pedũ parte succisa relinquebat. Quos uero ut in castra perduxerat patria fratrum & propin quorum iungens ferro decernere cogebat: neq; ante sã guine explebatur quam ad unum uictorem omnes re degissent. iusto ergo illum odio uerumtamẽ tardo sup plicio senatus Prusiæ regis factum supplicem ad uolũ tariam mortem contulit.

De rege Mithridate.

decederet: ut patriæ laboranti auxilia præstaret. Neptunus mare. Experiretur: cũ pollutas clas ses romanorum erueret a pœnis hausto dum elidunt captiuorum membra Neptunus sensit. One ribus: impedimenta eos cum iter faceret ferre cogebat. Prima pedum parte succisa: præcisis digitis qui prima pars pedum sunt. Reliquebat: in itinere ita mutilatos eos dimittebat. Paria fratrum duos fratres: fratrem fratri & propinquum propinquo in gladiatura iungebat. Ad unũ uictorem omnes redegisset .i. reduxisset captiuos omnes ad solum uictorem necesse erat ut omnibus occisis unus superstes foret. Prusiæ regi factum supplicẽ : ad prusiam se receperat: a quo salurem cõsequi posse superabat. Ad uoluntariam mortem. Cum consilio Hãnibalis Eumenes rex ponti a prusia bithyniæ fge nauali bello fuisset superatus: romanorum senatus timens ne nouũ bellum exsuscitaret Hãnibal. T. quintiũ flãminium cum legatis misit: qui utrunq; regem in pacẽ cogeret: Hãnibalẽq; de posceret. eos legatos ubi sensit uenisse Hãnibal ut calidissimns erat aduentus sui cãm illico cognouit Itaq; in subteranea diuersorii sui loca: quæ ad fugam parauerat se imisit. Eos exitus iam milites cin xerant romani nequa euadere posset. Timens ergo ne uiuus in romanorum potestatem uẽiret. Ve nenum quod sub gemma anuli gestabat. sic exorsus hausit. Liberemus tandẽ assiduo mœtu rõanos.

Compulit: coegit Iustinus tamen dicit Hannibalem re cognita sũpto ueneno legationẽ pueniſſe.

Tam hercle quam mithridatem regem. Tam iusto odio sed tardo supplicio senatus ad uoluntariam mortem compulit. quam etiam Mithridatem regem sponte mori coegit. cuius efferata crudelitas romano nomini infensa apparuit. Octagita enim romanorum milia. q in asiæ diuersis partibus negociabantur. uno edicto trucidari iussit. sed id impune non facit. nam Romani primo Scyllam & luculum aduersus illum miserunt. Deinde cum luculi milites contumatiores facti imperatori ut parerat non obtemperarent promulgante lege manlio asia prouintia magno pompeio demãdatur. cuius ductu atq; auspitiis uictus mithridates per deserta asiæ aliquã diu uagari coactus est. Tandem cum a persecutione regis pompeiani milites non desisterent timens: rex ne uiuus in romanor potestatem cederet. Veneno supto mortem optauit quã u tro accersitam remedia ante sumpta negauerunt. puer mithridates tutorum insidias passus ferrum æquum supra ætatem rexit: & periculum ad quod fuerat expositus euasit. Indignati tutores q ea arte regem suum non sustulisset: ueneno eum appetiuere: quod metuens rex Antidota sæpius hausit & ita se aduersus ueneni insidias exquisitis tutioribus remediis præparauit: ut ne uolẽs quidem senex mori potuerit. Itaq; cum sæpius uenenum sumpsisset & longo doloris tractu afficeretur loco beneficii duxit: ut a ministro sibi caput amputaret: ne quod ueneno assequi nõ potuerat ferro sibi negaretur. Vna epistola. epistolam scripsit: in qua iubebat ut romani omnes in asia uersantes tollerentur. Tantæ prouinciæ: quanta est asia: illa enim dimidium terrarum orbis occupat. Hospitales deos: iura hospitii læsit. cum noluit ut unusquisq; asiaticus hospites romanos necaret. Iniusto: quia eos occidit a quibus nullã acceperit iniuriam. Cum maximo cruciatu: doloribus afficiebatur: quos cum ueneno repugnans spiritus concitauerat. Succumbere coegit: post longum doloris tractum extinctus est a ministro ipsius ita imperantis. Simulq; piacula crucibus illis dedit: non solum crudelitatis pœnas dedit: quam in romanos ciues exercuerat: sed etiam pœnas sustinuit feritatis illius: qua in prorios ipius amicos usus fucrat. Piacula: purgationes & debita supplicia. Gauro auctore: nam gaurus regem induxerat ad familiares necandos. Spadone: spado dicitur a :ideſt a trahendo quia debilitatos habent testes & extractos. Libidinosus obsequio. ministro enim libidinis gratificatus est scilicet scauro. Scelestus imperio. sceleratus imperio. nihil enim truculentius est. quam imperare amicos suos tolli. Affecerat. afflixerat. in crucem erigi iusserat sui studiosos quo scelestius nihil excogitari aut imperari potuit. Nunc mulsenis diogeridis thraciæ regis: crudelitatem mulsenis regis thraciæ filiæ hoc loco narrat: & quamuis gẽs illa naturaliter feritati studeat: ob insignem tamen immanitatis rabiem commemorari illa debuit Mulsenis: quæ medios secari uiros iussit. & natorum corpora parentibus æpulanda apponere non dubitauit. Mulsenis. mulieris nomen. Minus admirabilem: minori admiratione dignam. Gẽtis ipsius feritas. thraca gens naturaliter crudelis est: quapropter non tantopere mirandum est si inuenta est mulier. quæ feritatem exerceret. Narrandam: commemorandam. Sæuitiæ rabies. non fera uisa est. sed quodammodo rabida. Cui: mulseni. Secare. quem morem etiam turcæ seruant: qui humanitatis & religionis expertes sunt. Vesci: nam filios parentibus ponebat æpulandos.

t Am hercle quam mithridatem regẽ qui una epistola: octoginta milia ciuium romanorũ in Asia per urbes negociandi gratia dispersa interemit: tantæ prouintiæ hospitales deos iniusto sed non inulto cruore respersit: quoniam cum maximo cruciatu ueneno repugnantem spiritum suum tandem succumbeꝝ coegit. Simulq; piacula crucibus illis dedit: quibus illos amicos suos actore Gauro spadone libidinosus obsequio scelestus imperio affecerat.

De gente Thraciæ.

Vmulisintis Diogidis filia Thraciæ regis & si minus admirabilem crudelitatẽ gentis ipsius feritas narrandam tamẽ rabies sæuitiæ facit: cui nec uiuos homines medio secare: nec parentes liberorum uesci corporibus nephas fuit.

Nephas non fuit.i.nefandum non duxit. Ptolomæus:rex ægypti:non homini ſed belluæ comparandus. Emergit:ſeſe oſtendit. Libidinoſæ amentiæ:in ſuperiori capitulo diximus de illius libidine.ſororem enim uxorem duxit.deinde ſpreta ea præuignam ſuperinduxit. Inter præcipua crudelitatis indicia:inter ſingularia imanitatis documenta. Suſtulerat:ſuſceperat nutriuerat. In conſpectu ſuo:ſe ipſo ſpectante:quod etiam ſeuius fuit. Pedes præcioſos.extremas membrorum partes miſit & manuum extremitates & aliorum membrorum. Clamide opertos ueſte tectos.

Pro munere natalicio:loco muneris quod die ſuo natali mittere cõſueuerat. Matri ſuæ: Cleopatræ ſorori: ex qua filiũ illum optime indolis ſuſceperat a Cyro rege perſarum cõſuetudo ducendarum ſororum in connubium ioleuit.nam cũ ſororis amore ureretur ex magis tentauit nũ quid ſibi aſſociare ſorotem liceret regis libidibem intelligentes illi nõ auſi ſunt id facinuſ deteſtari: ſed temporis ſpacium ad reſpondendum ſumentes rationẽ inuenerunt:qua nec leges tollerent.nec ſaluti ſuæ nocerent. Itaq; reſponderũt hunc immodum ocyre legem nullam inuenimus qua ſororem liceat ducere uxorem:ſed lex eſt.regibus omnia licere.habito cõſilio ille uxorem duxit quam ardebat.a quo poſtea ægyptii exemplum ſumpſere. Ac non infœlicior:& quaſi non ipſe ex ea crudelitate non plus infœlicitatis conſequeretur

Adeo cæco furore ſumma quæq; efferueſcit crudelitas:hoc ideo accidit Ptolomæo q̃ immẽſa crudelitas furori immixta ex ſe ipſa uires & augmentum accipit ad explenda ſcelera. Ex ſe ipſa repperit: crudelitas incrementum furoris ex ſe ipſa ſortitur.quod ita eſſe probãt ſequẽtia. Plebe trucidata:quam ſuſpectam habebat:nam multitudinem timebat. Frequens iuuentute gimnaſium:die ludorum iuuenes in gimnaſium frequentes conuenerant ut de more corpus exercerent. Frequentes iuuentute:ubi multi.erant iuuenes. Armis:militibus armatis. Ochus autem qui poſtea Darius eſt appellatus:Cambyſes perſarum rex in ſomnis uiderat.Smergim fratrẽ regnaturum:qui timens ne ita foret:quendam ex familiaribus ſuis miſit:qui fratrem occideret. Interim Cambyſes caſu uulneratus interiit. Regio fratri magus ſimillimus oropaſtes nomine dolo rex creatur.Cognita fraude Darius cum reliquis principibus factione Oropaſtem cum magis trucidat. ipſe equiſonis ſui aſtu cum ſortes miſſent potentia & nobilitate pares inter ſe patriæ liberatores perfidis imperium optinuit.populo perſarum iuriſiurandum dat fore ne ui ulla ſex illi principes æmuli appeterentur.haud multo poſt mutato conſilio cum timeret ne ſibi regnum a collegis cõiurationis eriperetur q̃ eos in omni perfide potẽtiſſimos eſſe ſciebat imanem quandam necis rationem excogitauit:q̃ ſine religionis ſuæ uiolatione ipſos ſuffocaret.locum quendam parietibus muniuit:eũq; cinere impleuit. deinde tigillum tantum latitudinis habentem: quantum uix menſam & conuiuas capere poſſet deſup fabricauit.his itaq; inſidiis paratis hos ſingulos ad cõuiuiũ uocauit:& cũ uino & epulis eos oppipare accepiſſet illi i ſõnũ reſoluti e tigillo i locũ cinere munitũ decidẽtes ſuffocabãt.

De Ptolomæo rege Aegypti & de Cleopatra.

ITerum Ptolomæus phiton emergit pauloante libidinoſæ amẽtiæ teterrimum exemplum idem eſt inter præcipua crudelitatis indicia referẽdus. Quid enim hoc facto truculẽtius? filium ſuum nomine Menephitem quem ex Cleopatra eadem ſorore & uxore ſuſtulerat:liberalis formæ optimæ ſpei puerum ĩ conſpectu ſuo occidi iuſſit: pedes eius ſpecioſos & caput eius & manus ĩ ciſtam chlamyde opertos pro munere natalicio matri miſit:perĩde quaſi ipſe cladis quam illi inferebat expers:ac non infœlicior quod in communi orbitate Cleopatram miſerabilem cunctis ſe inuiſũ redderet. Adeo cæco furore ſumma quæq; efferuſcit crudelitas cui munimentum ex ſeipſa reperit: nam cũ animaduerteret:quanto ſibi odio patria teneretur: timori remedium ſcelere petiuit quoq; tutius plebe trucidata regnaret:frequens iuuentute gimnaſium armis & igni circũdedit:omneſq; qui in eo erant:partim ferro, partim flamma necauit.

De Ocho dicto Dario:

Ochus: deinde clarius nominatus perſarum rex fuit. Ex coniuratione: qui contra oropaſtē & magos coniurauerant. Vi. magos. ipſi ſeptem totidem magos oppreſſerant. Crudeliorem ratio nem: genus mortis immaniorem: q̄ ſi aut ueneno aut ferro illis uitam abſtuliſſet. Hos iunctos ſibi coniuratos cum eo adminiſtrantes & federe iunctos: nam auctoritas eorum magna erat. apud dari/ um regem ita iubente populo. Perrupto uinculo religionis: non fracto uinculo ſanctiſſimi iuriſ/ iurandi quod perſis dederat. Septum: munitum & uallatum. Suppoſito tigno: trabe ſupra lo cum illum collocato. Promi nente: procul eminente: ideſt al tiore. altior erat parietibus tigil lus ut maiore ictu labentes in ci nere obruti necarentur. In eo: tigillo collocabat: nam cū cibo & uino repleti: eſſent ipſos dein de collocabat in tigno illo ꝓmi nente ut ſopore circunuenti ex eo præcipites laberentur. In ſidioſam congeriē: in locum ci/ nere plenum: quem inſidioſe pa rauerat. Decidebāt: & quia nul lo urgente decidebant illi religi onis uinculum ſeruare ſibi per/ ſuadebat darius: cum nullā uim illis inferret. Apertior & tetri or alteriuſ ochi: de crudelitate al terius ochi hoc exemplo narrat Valerius: qui etiam pro auum ſu um feritate ſuperauit. Alterius ochi. ſupior ochus darius huius pro auus fuerat. Eandem ſocrū ſororis filiam duxerat uxorem. Cum. C. & amplius filiis ac ne potibus: filios patrui ac nepotes omnes occidi fecit non eſt mirā dum: q̄ tot filios ac nepotes ha buerit. nam tot uxores habebāt quot alere poterant. Area ua cua. in loco aperto ac lato ſibi ip ſum ligari fecerat. Nulla iniu ria laſſitus: exageratio crudelita tis ochi: qui inſontes necauerit ſanguine ſibi iunctos. In his pa truo filiis & nepotibus. Laudē eorum auctoritatem apud̄ per/ ſas atq; exiſtimationem ſibi peri culoſam fore arbitrabatur. time bat enim ne a ſe perſæ ad eos uir tute præſtantiores r̄gnum tranſ ferrent.

o Chus autem qui poſteà Darius appellatus eſt ſā ctiſſimo perſis iureiurando obſtrictus: ne quē ex coniuratione quæ ſeptem magos cum eo oppreſſerat: aut ueneno aut ferro aut ulla ui aut inopia alimento rū necaret: crudeliorem mortis rationem excogitauit: quæ hos iunctos ſibi non perrupto uinculo religionis tolleret: ſeptum enim altis parietibus locum cinere cō pleuit. ſuppoſitoq; tigno prominente benigno cibo & potione exceptos in eo collocabat: e quo ſomno ſopiti in illam inſidioſam congeriem decidebant.

De Ocho Artaxerſe.

a Ptior & tetrior alterius Ochi cognomine Artaxer ſis crudelitas qui ocioſam ſororem atq; eandem ſocrum uiuam capite defodit: & patruum cum centū & amplius filiis ac nepotibus uacua area deſtitutum iaculis cōfixit: nulla iniuria laceſſitus: ſed quod in his maximam apd̄ perſas probitatis & fortitudinis laudē conſiſtere uidebat.

De Athenienſibus.

c Onſimili genere emulationis inſtincta ciuitas Athenienſium indigno gloriæ ſuæ decreto eginē ſium iuuentuti pollices abſcidit. Vt claſſe potens po pulus in certamen maritimarum uirium ſecum deſcē dere nequiret Non agnoſco Athenas timori remedi um a crudelitate mutuantes.

De inuentore Aenei Tauri.

Consimili genere emulationis inſtincta athenienſium ciuitas. Cicero etiam de officiis hoc commemorat crudelitatis genus quo uſi ſunt athenienſes aduerſus eginenſes. Emulationis imitationis: imitari ſunt in crudelitate ochum. Indigno decreto: decretum fecerunt quod mini me ſuæ gloriæ conueniebat. Pollices in quibus manuum uires pœnæ totæ cōſiſtunt. Illis enim ablatis remigere non poterant: neq; dmicare. Claſſe potens populus: plurimum pollebat in mari eginenſiū populus. Deſcendere: nauali certamine congredi: nam propinq erant pyreo. ideo uires eorum athenæ formidabant. Non agnoſco athenas: q̄ſi aliæ factæ ſint hoc crudelitatis docu/ mento: eas non cognoſco. Timori: timebant ne pyreū inuaderet gens claſſe potens. & ppea polli ces āputarunt. Remediū. p̄ciſis pollicibus nō remos ducere poterāt. Mutuātes. mutuū accipiētes

Sæuus ẽt ille ænei tauri inuentor:a crudelitate timori remedium athenienſes mutuati ſunt: ſed neq; ænei tauri inuentor a crudelitate fuit alenus. phalaris agrigentinorum tyrannus fuit ſeuiſſimus & cum perilus ingenioſiſſimus uideret ipſum amare crudelitatis miniſtros æneũ taurum fabricauit. in quo homines uiui incluſi ſuppoſitis flammis dum urerẽtur uocem edere cogebantur:ſed dum clamarent per quaſdam fiſtulas clamor erumpens nõ humanæ uocis ſonum ſed mugitum imitabatur. hoc autem ideo fecarat ne humana uox tyranni animum ad miſericordiam flectere poſſet. In hoc uno æquiſimus tyrannus appa/ruit: q; tam tetræ crudelitatis in nentor eſt primum incluſit:ne q̃ miſeris negabat miſericordiam ipſe mereretur. Ille Inuentor tauri Perilus fuit igenioſiſſimus artifex. Mugitus reſonantem ſpititum: ædere emitteꝝ cogebã tur clamorem qui p fiſtulas erũ/pens mugitum imitabatur. Humanæ uocis ſono expreſſo. hoc fecit ne cum clamarent in tormẽ tis intelligi poſſent eorũ uerba: quæ fortaſſe tyrannum ad miſe ricordiam flexiſſent. Quam quia calamitoſis deeſſe uoluit: Et quia miſericordiã miſeris ne/gare cupiebat. merito artis ſuæ auſpicia ſuo ipſius ſupplicio de dit:nam in eo incluſus crematus eſt. Ac ne:nouum ſupplicii ge nus perilus inuenit: ſed ethruſci nõ minus crudeles pœnas exco gitarunt:hoc ipſum qđ de ethru ſcis narrat Valerius. mezẽtio eo rum regi in his uerſibus attribu it Virgilius mortua quinetiam iũgebat corpora uiuis: Compo nens manibuſq; manus:atq; ori bus ora. Tormenti gẽus & ſaniæ taboq; fluentes. Complexu im/miſero lõga ſic morte necabat.

Cadaueribus:mortuis a-caden do dictis. Tabeſcere. marceſce re uiuos cum mortuis. Amari. nam uiuos ita cruciabãt ne mor tuis parerent. Sicut. Ita amari uitæ & mortis tortores fuere ethruſci:ſicut illi barbari: qui in fando mortis genere homines necant. Illi barbari:ſcythæ po/puli ſunt. Egeſtis eductis inteſtinis. Viſceribus:uiſcera dicunt ẽt carnes:ideſt qcqd latet ſub pelle. Virgilius & uiſcera torrent. itelligens de carnibus. Emineant:ad guttur uſq; eos includũt. Pœnæ. in pœna & cruciatu pſiſtant. Tabidis in corporibus:ĩ corporibus putrefactis naſci ſolẽt. corruptio enĩ unius animalis generatio ẽ aliorũ. Aſinus putrefactus ueſpas: Equus:cabrones taurus apes homo uermes generant. Quæramur:nunc cũ indignatione legendũ: quaſi dicat nulla cauſa eſt cur quæra mur. Incommodis:ut febribus doloribuſq; uariis a morbis quodãmodo ſupantur medicinæ. Ha bitum cæleſtis roboris. cæleſtis roboris habitus eſt impaſſibilitas & doloris carẽtia: neq; enĩ dii pati poſſunt: quod humanæ cõditioni non ẽ conceſſũ. Moleſtæ feramus: idignemur. Tot curciatus: tot ſupplicia quot ſupra memorauit. Ipſa. ipſi mortales. Impulſu: iſtigatõe & cõcitatõe crudelitatis.

s Aeuus etiam ille Aenei Tauri inuentor quo inclu ſi ſubditis ignibus longo & abdito cruciatu mugi tu reſonante ſpiritũ ædere cogebantur: ne ululatus eo rum humano ſono uocis expreſſi phalaridis tyranni miſericordiam implorare poſſẽt: quam quia calamito ſis deeſſe uoluit teterr imum artis ſuæ opus p̃mus ar tifex incluſus merito auſpicatus eſt.

De Ethruſcis.

a C ne ethruſci quidem parum feroces ĩ pœna exco gitãda: qui uirorum corpora cadaueribus aduerſa aduerſis alligata atq; conſtricta: ita ut ſingulæ mẽbro rum partes ſingulis eſſent accomodatæ tabeſceꝝ ſimul patiebantur amari uitæ pariter ac mortis tortores.

De Barbaris.

s Icut illi Barbari quos ferunt mactatarum pecudũ inteſtinis & uiſceribus egeſtis homines inſerere ita ut capitibus tantũmodo emineant: quoq; diucius pœ næ ſufficiant cibo & potione infœlicem ſpiritum pro rogãt donec ĩtus putrefacti laniati ſint ab animalibus quæ tabidis in corpibus naſci ſolent. Quæramur nũc cum natura rerum: quod nos multis & aſperis aduer ſæ ualitudinis incomodis obnoxios eſſe uoluerit. habi tumq; cæleſtis roboris humanæ conditioni denegatũ moleſtæ feramus: cum tot cruciatus ſibimet ipſa mor talitas impulſu crudelitatis excogitauerit.

De Ira & Odio.

Ira quoq; aut odium. Nunc transgredit ad capitulum ubi de ira & odio tractat: & cum superiori recte coniungitur. nam odii affectus similes crudelitatis sunt. Pro cursu. quandam quasi differentiã inter iram & odium facit. Nocendi cupidne. sed non ita facit odium. nam qui oderit inimicum nõ facile obliuiscitur: sed tempus & occasionem expectat. quo grauius nocere possit. Vterq; affectus. odii atq; iræ affectus. Consternationis. perturbatiõis in opprimenda ratione. Sui ipsius. nam in hoc ipso q; ira aut odio quis concitatur: pœna prius afficit. Patitur. sustinet ipse passiones illas ai. ergo cũ aliis nocere uult sibi no cet. Amara sollicitudine: tristi cura & cuius rei sit sollicitudo ip se subiungit. Ne non: ideſt ne ulcisci possit. Ira & odium sunt animi affectus: ideſt passionesq cũ ulciscẽdi cogitatione. Proprie tatis eorum: horum affectuum proprietatis. Certissime: certa indicia & signa: quamuis enim aliquis dissimulare uelit: tamen facere non potest: quin in dictis aut factis hos affectus aperiat.

Dii ipsi: dii noluerunt ut affec tus pernicioſi laterent. ut homi nes sibi cauere possent. Dicto aut facto. nam aliquit aut dicunt aut faciũt perturbatius: ita ut ira aut odium nudetur. Cum ad uersus: Quod necesse sit dicto aut facto aliquo uehementiore hos affectus in homnibus depre hendi: salinatoris exemplo ꝓba tur. Hasdrubalem: qui in italiã uenerat ut se hannibali associa ret. Salinator: sextus salinator claudii Neronis collega in cõsu latu. Fabio maximo: Fabius ip sum monebat: quia hannibalis punicasq; fraudes & caliditates expertus fuerat. Hostium ui res: potentiam carthaginensium quibus Hasdrubal hãnibalis fra ter præerat. Gloriam hosti bus uictis. laudem ex superatis hostibus: triumphum consequi cupiebat si uictor euasisset. Ex ciuibus: ex romanis ciuibus bello occisis si uictoria pœnes hostes ex titisset. Gaudium. leticiam. nam cum iniq; ipsum damnassent ciues romani cẽsoria nota: opera claudii Neronis: q aduersus eum testificatus fuerat. ardeñ. profectus est in exilium: reuocatus deinde in patriam consul est creatus. memor ergo damnationis ulcisci cupiebat. Ira tunc sermonem. Valerius nunc dicit Liuium salinatorem cum Fabio responderet uirtute simul & ira impulsum fuisse ira in populum romanum uirtute dum triumphum uehementer exoptaret. Sermonem oratio nem salinatoris. Virtus. præstantissimus erat imperator. Diuiserunt: quia pars illa sermonis quæ ad gloriam uictorum hostium spectat. Virtutis fuit: pars autem ea quæ ad gaudium prostratorum ciuium attinet iræ conuenit. Hæc uirtus eius. Triumphi: gloriæ intenta. quia uictoriam ex hostibus reportare gestiebat ut triumphi laudem meretur. Sed nescio an eiusdem fuerit. sed ne scio an ad eundẽ pertinuerit: ut tanta perturbatione animi uinci & tanta uirtute hostes superare po tuerit. Eiusdem fuerit. ad eundem attinuerit. Hoc dicere: ita respondere signũ erat imbecillita tis: qa ira & odio uincebatur. Sic uincere. eximiæ uirtutis fuit: raliter hostes opprimere. Præclaro eni strategemate & uirtute nõ mediocri usus est in supando Hasdrubale. Ardentis spũs uirum acer rimi ingenii fuit salinator: & iracundi. Bellicis operibus assuetũ. in re militari ꝑstantissimus extitit.

i Ra quoq; aut odium in pectoribus humanis ma gnos fluctus excitant: pro cursu celeriorilla nocen di cupidine hoc pertinacius uterq; consternationis ple nus affectus ac nũquam sine tormento sui uiolentus quia dolorem cum inferr uult: patitur amara sollicitu dine: ne non cõtingat ultio anxius: sed proptietatis eo rum certissimæ sunt imagines: quas dii ipsi in claris p sonis aut dicto aliquo: aut facto uehementiore conspi ci uoluerunt.

D Liuio Salinatore.

c Vm aduersus hasdrubalẽ Liuius salinator bellũ gesturus urbem egredetetur: monẽtem Fabio Ma ximo ne ante descenderet in aciem quam hostium ui res aĩumq; cognosceret: primam occasionem pugnan di non omissurum se respondit: interrogatusq; ab eo dem quid ita tam festinanter manum conserere uellet ut quam celerrime inquit aut gloriam egregiam ex ho stibus uictis aut ciuibus prostratis gaudium capiam: ira tunc atq; uirtus sermonẽ eius inter se diuiserunt: il la iniustæ damnationis memor hæc triumphi gloriæ i tenta: sed nescio an eiusdem fuerit hoc dicere & sic uin cere.

De certis romanis.

Stimuli aculei iracundiæ. Figulum: iure peritus erat. Manſuetiſſimum: humaniſſimum qui remiſſioris ſpiritus erat. Pacato iuris ciuilis iudicio celeberrimum: non optimus erat bellum gereſ ſed de iure ciuili diſceptare. Pacato iudicio: conſuetudine pacato: qui enim de iure ciuili iudicant pacati ſunt & a perturbationibus alieni. Celeberrimum: ad ipſum optimi iudicii uirum ciues concurrebant & ipſius pœnates frequentabant. Conſulatus enim repulſæ dolore accenſus: Nunc dicit quomodo dicto perturbatiore iram nudauerit Figulus. Conſulatum in comiciis petiuerat. nec indigne quidem: nam illius pater bis conſulatum geſſerat: Sed tamen omnibus poſtpoſitus triſtis ac pturbatus domum reuerſus eſt. Bis patri ſuo datum meminerat. pater bis conſul fuerat: quo circa & iſte dignus uidebat qui conſulatum aſſequi deberet

Redentis ſpiritus uirum & bellicis operibus aſſuetum huc iracundiæ ſtimuli egerunt: C. autem Figulum mãſuetiſſimum pacato uiris ciuilis iudicio celeberrimum prudentiæ moderationiſq; immemorem reddiderunt: conſul enim repulſæ dolore accenſus eo quidem magis quod illum bis patri ſuo datum memi nerat: cum ad eum poſtero comitiorum die multi conſulendi cauſa ueniſſent omnes dimiſit præfatus: omnes conſulere ſcitis: conſulem facere neſcitis: dictum grauiter & merito: ſed tamen aliquãto melior melius non dictum.

n Am quis populo romano iraſci ſapienter poteſt itaq; ne illi quidem probandi quamuis factum eorum nobilitatis ſplendore protectum ſit: qui quod Cn. Flauius humillimæ quondam ſortis præturam adeptus erat: offenſi anulos aureos *ſibimetipſis*: & phaleras equis ſuis detractas *abiecerunt*: doloris impotentia tantum non *luctum* profecto teſtari: talis iræ motus aut ſingulorum aut paucorum aduerſus populum uniuerſum: & multitudinis erga principes ac duces eiuſmodi.

De Iuuenibus Romæ & Manlio Torquato.

Poſtero. die poſt comicia: id eſt ſequenti die. Conſulere: id eſt petere a me conſilium. Sed: dictum grauiter & merito: ſed tamen ipſi honeſtius aliquanto fuiſſet nõ dixiſſe: nam nemo poteſt digne populo romano iraſci. Itaq;. Cum nemo ſapienter populo romano ſuccenſere poſſit: Illi qui nimiæ in eum iracundiæ ſtimulis concitati ſunt. notã merentur: quamuis ſplendore nobilitatis hoc factum occultari potuerit. Itaq;: quia nemo iuſte iraſci poteſt. Nobilitatis. quamuis fulgor nobilitatis ipſorum iram occultauerit patricii erant. meritoq; idignari uidebãtur ꝙ ſibi infimæ cõditionis homo præponeretur. Cn. Flauius: hic primus fuit qui de libertina gente ædilis curulis creatus eſt. Humillimæ. ſuperiori tempore infimæ conditionis: nam libertio patre natus fuerat. Anulos. cum humillimæ ſortis homines populus magiſtratibus decoraret ipſi ingenuii & clari idignati nobilitatis inſignia abiciebant: ne quid auctoritatis optinerent. Phaleras: ornamenta equorum. Abiecerunt: ꝙ mœroris ſignum erat: & id in funere ſuorum fieri conſueuerat. Impotentia: impatientia doloris. Talis: iracundium motus tales quales ſuperius narrauimus aduerſus populum romanum aut ſingulorum fuere aut paucorum: ſed nunc e contra de ira populi romani contra ſingulos imperatores dicemus. Singulorum. ut liuii ſalinatoris ut Figuli ira. Aut: ut nobilium illorum qui ægre tulerunt ꝙ popl'us romanus præturam. Cn. Flauio demandaſſet. Aduerſus. hi quos commemorauimus populo romano irati fuerunt. Multitudinis: nunc de ira totius populi aduerſus ſingulos pricipes dicturus eſt ſicut in exemplis declarabitur. Manlio. De ira iuuentutis romanæ loquitur: quæ incitata fuit aduerſus Torquatum: ꝙ egregiæ indolis filium ſuum occidi in latino bello iuſſiſſet. Torquatus & pub. Decius conſules contra latinos qui bellum contra romanos concitauerant cum duobus conſularibus exercitibus miſſi ſunt. Bellum periculoſum erat: nam & robuſtiſſimi & militaris diſciplinæ romanorum peritiſſimi erant: Itaq; edictum fecere imperatores ne quiſpiam in iuſſu ſuo auderet cum hoſtibus dimicaſquod qui feciſſet pœna capitis damnabatur. Torquati filius cum extra ſpeculatum iuiſſet a milite latino ad ſingulare certamen laceſſitus edicti immemor in pugnam deſcẽdit occiſoq; hoſte cum ſpoliis ad patrem ouans reuerſus eſt. Torquatus ne gnati ſui exemplo militatis diſciplina detrimẽtum pati poſſet ipſum ad palũ ligari & uirgis cædi: deniq; ſecuri percuti iuſſit.

Bellum illud diu ſollicitauit romanos. Tandem cum labefactato cornu cui præeat pro patria ſe diu cius deuouiſſet. Torquatus potitus eſt uictoria. & latinorum ſimul & campanorum uires labefacta uit. Redeunti romam torquato cum uictore exercitu obuiam facti ſunt in gratificationis ſignum ſe niores omnes. Ex iunioribus autem nullus ei obuiam prodiit q̄ indigne ferrent tantæ indolis filium a patre tam crudeliter fuiſſe occiſum. Præliatum. qui dimicauerat fortiſſime. nam uictor euaſerat. ſed contra patris imperium id fecerat. Miſerti ſunt æqualis. cur id fecerint declarat Valerius. neq; enim occurrere uictori patri: qa ſeue nimium ſe in filium geſſiſſet. Vnius ciuitatis: romanæ urbis. Aetates: ſenes a iuniori bus. iuuenes noluerunt ire obui am uictori: ſicuti fecerant ſenio res. Eademq; tantum potuit ut uniuerſum populi romani equitatum: aliam iræ uim oſten dit: quod etiam Liuius ab urbe condita commemorat. Fabio cō ſuli equitatui romanorum im peranti: ut contra hoſtes quos fa cile ſuperare poterat impetum faceret: parere recuſauit. memi nerat enim agrariam legem ab eo fuiſſe impeditam. Hoſtium copias: copias ueiētium: quibus cum bellum gerebat. Delere opprimere hoſtium copias.

Agrariæ legis: quæ uiritim agros bello ptos diuidebat pu. Laciniuſ tribunuſ plebis lator fu it legis illius. Illa uero etiam appio duci cuius pater dum pro ſenatus amplitudine nititur. hoc etiam liuius commemorat: quo pacto appius imperator conſti tutus exercitum habuerit contu macem: neq; ſibi i ullo negocio obtemperantem: quin etiam ſi ipſe exercitus ſponte aliquid ag greſſus eſſet ſuperueniēte impe ratore deſiſtebat. poſtremo cum pugna inita eſſet: ne de uictis hoſtibus triumpharet appius: nullo inſtante pedem rettulere romani malueruntq; cum cede & obprobrio ſuo cedere hoſti: q̄ inuiſo duci uictoriam comparare. Id autem euenit quia Appius Claudius huius pater & deinceps omnis appia familia dum commoda patricio rum tuetur: ſemper plebi fuerat inimica. Cuius pater: Appius Claudius. Pro ampli. dum nobilita tem tuetur. Cōmoda plebis: nihil optinere poterant plebei q̄d contra ſenatus auctoritatem eſſet.

Hoſti: cum quo in aciem deſcenderat. Quotiens. Tanta inquit eſt huius irracūdiæ uis ut ſæpius uictorias ipſa ſuperare potuerit. Victrix: quotiens uictrix fuit ira uictoriæ: quaſi dicat multotiens.

In torquato: ubiq; reddidit intelligimus nā eſt zeuma ab inferiori. In torquato: qa irati iuuenes ſi bi q̄ filium occidiſſet torquato congratulari ſpreuerunt q̄ ſpecioſiſſimam fuiſſet partus uictoriam.

In Fabio: uictoriæ glorioſam partē. p̄termittendam reddidit in fabio: nam equites romani irati fa bio uictoriā equæſtris certaminis cōmiſerunt cū facile ſuperiores eē poſſent. In appio: oēm uictori am exercitus appii fuge poſtpoſuit: nā fugere maluit quā uincere ne ſibi triumphū cōpararet. Age quam ui. Hanc etiam totius populi ro. aduerſus conſules iracundiam narrat. Cum uolſcum bellū inſtaret & ciuitas ipſa ſecum diſcors inteſtino inter patres plebemque flagrabat odio maxime pro pter nexos ob æs alienum. Fremebāt plebei ſe foris pro libertate & imperio dimicantes domi a ciui bus captos & oppreſſos eſſe: tutioremque in bello quam in pace: inter hoſtes quam inter ciues libertatem plebis eſſe: tumultū non modo in foro ſed in tota urbe accenderunt ſenis cuiuſdā uerba:

m Anlio torquato ampliſſimam & glorioſiſſimam ex latinis & campanis uictoriam in urbem referē ti cū ſeniores omnes leticia ouantes occurrerent: iunio rum nemo obuiam proceſſit: quod filium adoleſcen tem fortiſſime aduerſus imperium ſuum præliatum ſecuri percuſſum occidiſſet: miſerti ſūt æquales nimis aſpere puniti: nec factum eorum defendo: ſed iræ uim indico: quæ unius ciuitatis & ætates: & affectus diuide re ualuit. Eademq; tantum potuit ut uniuerſum po puli romani equitatum a Fabio cōſule ad hoſtium co pias perſequendas miſſum: cum & tuto & facile eas li ceret delere: legis agrariæ ab eo impediatæ memorem immobilem retineret.

i Lla uero etiam Appio duci cuius pater dū pro ſe natus amplitudine nititur commoda plebis acer rime impugnauerat: infenſum exercitum faciendo uo luntaria fuga terga hoſti: ne triumphum imperatori quæreret dare coegit. Quotiens uictoriæ uictrix cōgra tulationē eius in Torquato ſpernendam: in Fabio pul cherrimam partem ōmittendam. In Appio totam fu gæ proponendam reddidit.

De eodem populo romano:

latius conplecti non attinet. De tribu Popilia

t Ri.pl.M.Fuluis ad populū de tuſculanis rettulit qđ eorū conſilio ueliternos priuernateſq; rbellaturos diceret q cum coniugibus ac liberis ſqualore obſiti cū ſupplices Romā ueniſſent accidit ut reliqs tribubus ſalutarē ſniam ſicuti: ſola Popilia iudicaret oportere publicæ eos uerberatos ſecuri pcuti imbellē multitudinē ſub corona uenire: quā ob cauſā Popilia tribus in qua plurimū poſtea tuſculani in ciuitatē recepti potuerūt neminē unquā cādidatū popiliæ tribus fecit magiſtratum: ne ad eā ullus honor ſuffragiis pēiret: quæ illis uitā ac libertatē quantū in ipſa fuit: ademerat: illā uero ultionē & ſenatus & cōſenſus omnium approbauit

De ultione romanorum in Hadrianum.

t Vm enī Hadrianus ciues romanos q Vticæ conſiſtebāt: ſordido īpio uexaſſet: iccircoq; ab his unus eēt exuſtus: nec q̄ſtio ulla in urbe hac de re habita nec quærela uerſata ē. De regina Thomyri. Externa.

c Lare ultiōis utraq; regīa Thomyris quæ caput Cyri abſciſſum in utrē humano ſanguine repletū dimitti iuſſit exprobrās illi inſaciabilē cruoris ſitī ſimulq; pœnas occiſi ab eo filii ſui exigēs: & Beronicæ laodicis inſidiis interceptū ſibi filiū grauiter ferens armata currū cōſcēdit: perſecutaq; ſatellitē regiū crudelis opis miniſtrū noīe ceneum qm̄ haſta ne qcquā petierat: ſaxo ictū proſtrauit: ac ſup eius corpus actis eqs inter infeſta cōtrariæ ptis agmina ad domū ī q̄ īterfecti pueri corpus occultari arbitrabat: prexit. De morte Iaſonis.

